omnibus existentibus et seculis est esse
ab ipso existente. et omne quidem evum et
tempus ex ipso. Omnis autem et seculi et
temporis et omnis quocumque modo
existentis preexistens est principi-
um et causa. et omnia ipso participant.
et a nullo existentium deficit. et
ipse est ante omnia et omnia in ipso con-
sistunt. Et simpliciter si aliquid
quocumque modo est in preexistente est
et intelligitur et salvatur. et ante alias ipsius
participationes esse positum est. et est ipsum
secundum se esse senius eo quod est per se
vitam esse. et eo quod est per se sapientiam
esse. et eo quod est per se similitudinem divinam
esse. et alia quecumque existentia partici-
pantia ante omnia illa esse partici-
pant. magis autem et ipsa secundum se ipsa
omnia quibus existentia participant
ipso secundum se esse participant. et nichil est
existens cuius non sit et evum ip- | est
sum esse. Convenienter igitur cunctis
aliis principalius sicut existens
deus laudatur ex digniore aliorum
donorum eius. Etenim preesse et superesse pre-
habens ex ipso quod est ipsum dico per se | et si vis
esse preexistere fecit. et per ipsum esse omne
quocumque modo existens substitere
fecit. Et quidem principia existen-
tium omnia esse participant et sunt et
principia sunt et prima sunt. post ea prin-
cipia sunt. et si vis viventium sic
viventium principium dicere per se vitam et simi-
lium ut similium per se similitudinem.

et unitorum sicut unitor per
se unitionem, et ordinatorum
sicut ordinator per se ordinationum,
et aliorum consequenter. Hec autem sunt
aut ambobus aut multis participantia.
Hec autem sunt aut utraque aut multa
participata per se participabilia
invenies ipso esse primum illa
participantes, et ipso esse quidem pri-
mum existentes, postea sunt hinc di-
cuntur secundum principia existentes et
participare esse et existentes et par-
ticipata. Si autem ista essentie participa-
te sunt, multo quidem magis eam ipsius
participant. Primum quidem per se essentie
donum per se bonitas preponens, dignio-
re prima participationum laudatur.
Et est ex ipsa et in ipsa et ipsum esse et existen-
tium principia et existentia omnia et que
quecumque modo ab esse sunt contenta,
et hec incomprehensibiliter et unite
et singulariter. Etenim in unitate
omnis numerus uniformiter preexistit, et habet
omnem numerum unitas in se ipsa sin-
gulariter, et omnis numerus unitur quidem in unita-
te, in quantum autem ab unitate procedit,
tantum distinguitur et multitudinem
agit. Et in centro omnes circuli linee secundum
unam unitatem coexistunt, et omnes
habet signum in se ipso lineas uniformiter
unitas ad se invicem et ad unum
principium a quo processerunt, et in ipso
quidem centro perfecte uniuntur,
paululum autem ab ipso distantes paululum et
discernuntur, magis autem distantes
magis. Et simpliciter in quantum centro
sunt propinquiores, in tantum et ipsi et
sibi invicem uniuntur, et in quantum

ab ipso, in tantum a se invicem destite-
runt. Sed et in tota totorum natura
omnes nature uniuscuiusque rationes
congregate sunt secundum unam inconfusam uni-
onem, et in anima uniformiter particula-
rium omnium provisive totius corporis
virtutes. Nichil igitur est incon-
veniens ex obscuris ymagi-
nibus ad omnium causam ascendentes super-
mundanis oculis contemplari
omnia in omnium causa et secundum unitatem
omnia uniformiter et unite. Princi-
pium enim est existentium a quo
et ipsum esse et omnia quocumque modo ex-
istentia, omne principium,
omnis finis, omnis vita, omnis in-
mortalitas, omnis sapientia, omnis ordo,
omnis armonia, omnis virtus,
omnis custodia, omnis collocatio,
omnis distributio, omnis intellectus,
omnis sermo, omnis sensus, omnis habitus,
omnis statio, omnis motus, omnis unitio,
omnis contemperatio, omnis amicitia, omnis
concordatio, omnis discretio, omnis
diffinitio, et alia quecumque
per esse existentia essentia figurantur.
Et ex eadem omnium causa sunt intelligibi-
les et intellectuales deiformium
angelorum substantie, et animarum, et omnis
mundi nature, et quecumque in
aliis in esse aut secundum cogitatio-
nem esse dicuntur. Et quidem sanctissime
et provectissime virtutes existentes
et sicut in vestibulis superessentialis tri-
nitatis collocate, ab ipsa et in ipsa
et esse et deiformiter esse habent, et post illas
subiecte subiecte, et extreme ex-
treme, sicut ad angelos, ad nos

auq; super mundane et anime et
alia omnia existentia secundum eandem
rationem et esse et bene esse habent et sunt et
bene sunt ex preexistente esse et bene
esse habentia, et in ipso existentia
et bene existentia, et ex ipso incipi
entia et in ipso custodita et ad ipsum
terminata. Et quasdam quidem digni
tates esse distribuit melio
ribus substantiis, quas existen
tias vocant eloquia. Esse autem
ipsum ab existentibus omnibus neque
quam derelinquitur. Et ipsum autem
esse est ex preexistente, et ipsius
est esse, et non ipse est esse, et in ipso est
esse, et non ipse est in eo quod est esse, et
ipsum habet esse, et non ipse habet esse, et ipse
est essendi evum et principium
et mensura, ante substantiam existens,
et ante id quod existit, et ante evum, et omni
um substantificator et principi
um et medietas et finis. Et propter
hoc ab eloquiis qui vere preexistit
secundum omnem existentium in
tentionem multiplicatur, et erat
in ipso et est et erit et factum est et fit
et fiet proprie laudatur. Ista
enim omnia ut decet deum
intelligentibus ipsum secundum omnem
intentionem substantialiter esse significant,
et existentium ubique causam. Et
enim non hoc quidem est, hoc autem non est,
nec alicubi quidem est, alicubi
autem non est. Sed omnia est ut omnium
causa, et in ipso omnia principia, omnes ter
minationes. Omnium totorum continens ipse
deus, et prius est et super omnia est sicut
ante omnia supersubstantialiter

superexistens. Propter quod et omnia
de ipso et simul predicantur, et
nichil est omnium; omnis figu
re, omnis forme, sine forma, sine
pulchritudine, principia et medi
a et fines existentium impermixte, absolu
te et excellenter in se ipso preacci
piens, et omnibus esse secundum unam sup
unitam causam immaculate lucendo
superfundens. Etenim ut sol
sensibilium substantias et qualitates etsi
multas et differentes existen
tes, tamen ipse unus existens et uni
forme lucendo superfundens
lumen renovat et nutrit et custodit
et perficit et discernit et unit et re
florere facit et germinare esse facit
et auget et immutat et collocat et
explantare producere facit et sursum
movet et vivificat omnia et totorum
unumquodque iuxta proprietatem suam eodem
et uno sole participat, et multorum
participantium unus sol causas
in se ipso uniformiter preaccepit, mul
to magis in causa et ipsius et omnium pre
existere existentium exemplaria
secundum unam supersubstantialem unitionem
est concedendum, quoniam et substantias producit
secundum excessum a substantia. Exemplaria
autem esse dicimus in deo existentium
rationes substantificas et singulariter preex
istentes, quas theologia prediffi
nitiones vocat, et divinas et bonas vo
luntates existentium prediffinitivas
et effectivas, secundum quas supersubstan
tialis essentia omnia prediffinivit
et produxit. Si autem philosophus
Clemens putat et ad aliquid

quid exemplaria dici existentium
rationes principaliora. Praecedit quidem
non secundum partem et perfecta et simplicia nomina
secundum modum illis praecedentibus; autem et hoc rec-
te dici memoranda est theolo-
gia dicens quod non demonstravit tibi illa
ut incedas post illa, sed ut per istorum pro-
portionalem cognitionem ad omnium causam
sicut possumus sursum agamur. Igitur
omnia existentia ipsi secundum unam omnium
segregatam unitatem sunt attribuenda,
quoniam ab essentia substantificae
processionis et bonitatis incipiens et per
omnia vadens et omnia ex ipso essentia
implens et in omnibus existentibus
exultans, omnia quidem in se ipsa
praehabet secundum unum simplicitatis excel-
sum, omnem duplicitatem refutans;
omnia autem eodem modo continens secundum supersim-
plificatam ipsius infinitatem et ab
omnibus singulariter participatur. Quoniam
existentium est principium et fi-
nis, qui praeexistit principium quidem
sicut causa, finis autem sicut cuius gratia;
et terminus omnium et infinitas omnis
infinitatis et finis excedenter, sicut op-
positorum. In uno enim, sicut multo-
tiens dictum est, existentia omnia et prae-
habet et praeexistere facit, praesens omnibus
et ubique et secundum unum et idem et secundum idem
omne et ad omnia procedens et ma-
nens in se ipso, et stans et motus, et neque
stans neque motus, neque principium habens
aut medium aut finem, neque in aliquo
existentium aut temporaliter subsistentium
sed aeternis et aevo et his quae sunt in aevo, et
his quae sunt in tempore omnibus segregatum,
propter quod et ipsum aevum et existentia et

ut ad existentium existunt. In rotatur ipsi
contra ad aeternaliter existentium

[Margin: quod ad et vox mea coram / et ad amicus audientibus sic vita principatus]

VI

mensurae existentium et mensurata per
ipsum et ab ipso. **De vita.**

Sed aevum quidem talis
opportunum dictum sit; nunc autem
laudanda est nobis vita aeter-
na, ex qua est per se vita et omnis
participata vivere unicuique propria earum
unicuique disseminatur. Et quidem
immortalium angelorum vita et im-
mortalitas et ipsum non destructi-
vum angelici sempiterni motus et
ex ipsa et propter ipsam est et subsistit,
propter quod et viventes semper immortales
dicuntur et non immortales rursus, quo-
niam non a se ipsis habent immorta-
les esse et aeternaliter vivere, sed ex vi-
vifica et omnis vitae effectiva contenti-
va causa; et sicut in existente dicebamus
quod et ipsius quod est per se esse est causa, i-
ta hic rursus quod et ipsius per se vi-
tae est viviens divina vita et vi-
vificativa et substantificativa, et omnis
vita et vivificativus motus est ex
vita quae est super omnem vitam et est
principium omnis vitae; ex ipsa et
animae non destructibiles habent, et
animalia omnia et plantae secundum
ultimam resonantiam vitae ha-
bent vivere, qua destructa secundum
eloquium deficit omnis vita, et ad
quam et quae infirmitate ad par-
ticipandum ipsam defecerunt rursus
conversa rursus animalia sunt. Et dat
quidem primo per se vitae esse vitam
et omni vitae et particulariter proprie
unicuique quod esse ipsis habent; et super-
caelestibus quidem vitis similem
motum sempiternum secundum existentia-

conformem et invariabilem immortali-
tatem et forte et indeclinabile

[Margin: et omnis vita et a qua ad / quoscumque modo vita]

[Margin: sunt]

super habundantiam bonitatis
et ad demonum vitam, neque enim ista
est ab alia causa, sed ex ipsa et esse vite
et permanentiam habent. Dat
autem et hominibus sicut commixtis an-
gelorum formam vite,
et superemanatione bonitatis et
recedentes nos a se ipsa conver-
tens et revocans, et quod quidem
est divinius, et totos nos dico
animas et coniuncta corpora et ad per-
fectam vitam et immortalitatem se
promittit transtulaturam; rem quidem
antiquitati equalem preter naturam
apparentem, michi autem et tibi et veritati
et divinam et super naturam apparentem;
super naturam autem secundum nos dico visam,
non omnipotenti divine vite. Ipsi
enim sicut omnium existentium vitarum
nature et maxime diviniorum nulla
vita preter naturam aut super naturam.
Quare de hoc stultitie Sy-
monis contradicentia verba
longe a divino choro et tua sancta ani-
ma expellantur. Latuit enim ip-
sum sicut arbitror et tunc se
sapientem putantem esse non opor-
tere veri scientem uti manifes-
ta ratione expugnare contra omnium
causam. Et hoc est dicendum
ipsi preter naturam dicere. Ipsi enim nichil est
contrarium. Ex ipsa vivificantur
et calefiunt et florent et alia omnia
et plante, et sive intellectualem
dicas sive rationalem sive sensibilem
sive augmentativam sive qualemcumque
vitam aut vite principium
aut vite substantiam, ex ipsa et vi-
vit et vivificatur que est super
omnem vitam, et in ipsa secundum causam
uniformiter preexisterunt, et enim super-
vivens et principalis vite vita
et omnis vite causa et vite generativa et ad-
impletiva et divisiva vite, et ex omni
vita est laudanda secundum multife-
cunditatem omnium vitarum. Sic largis-
sima et omnis vita contemplata et com-
prehensa et laudata, et sicut non
indigens, magis autem super plena per
se vivens et sicut super omnem vi-
tam vivificans et supervivens,
aut quomodo quis vitam supervivacem
et ineffabilem humane laudet.

De sapientia mente et ratione et veritate. VII

Age autem si videtur bonam et eternam
vitam et sicut sapientem et sicut
per se sapientiam laudemus, magis
autem sicut omnis sapientie substantifi-
cativam et super omnem sapientiam
et prudentiam subexistentem;
non enim tantum deus super plenus
sapientia et prudentie ipsius non est nu-
merus, sed super omnem rationem
et mentem et sapientiam super collocatur.
Et hec supernaturaliter intelligens divinus
vere vir communis noster et ducatus solis stultum
dei sapientius hominibus dicit, non solum quoniam
omnis humana deliberatio error
quidam videtur ad stabile et ma-
nens divinorum et perfectissimorum intellectu-
um, sed quoniam consuetum est theologis
contraria passione in deo ea que
sunt privationis dicere. Ita et invisibile
dicunt eloquia clarissimum lumen
et multum laudabile et innultu

nominationes ineffabilem et innomina-
bilem, et omnibus presentem et omnibus
inventam, incomprehensibilem et non
investigabilem. Hoc modo igitur
et nunc divinus apostolus laudare dicitur
stultitiam dei, que apparet insipiens
preter rationem et inconvenientem, ad in-
effabilem et ante rationem omnem sur-
sum agens veritatem. Sed quod aliter dice-
bamus, proprietatem nostram ea que
sunt super nos accipientes, et preter
consuetudinem sensibus infigi et nobis
divina comparantes, decipimur, secundum ap-
parens divinam et ineffabilem rationem
exequentes. Oportet autem inde mentem
nostram scire, quod nostre quidem mentis
virtutem ad intelligendum, per quam
intelligibilia inspicit, habere, unitio-
nem autem excedentem mentis naturam,
per quam coniungitur ad ea que sunt super
ipsam. Secundum hanc igitur oportet divina
intelligere, non secundum nos, sed totos nos
ipsos extra nos statutos et totos deificatos.
Melius enim est esse dei, et non nostri
ipsorum. Ita enim erunt divina data cum deo
factis. Hanc igitur irrationabilem
et amentem et stultam sapientiam ex-
cedenter laudantes, dicimus quod omnis
est mentis et rationis et omnis sapientie et
prudentie causa, et in ipsa est omne consi-
lium, et ab ipsa est omnis cognitio
et prudentia, et in ipsa sunt omnes
thesauri sapientie et cognitionis ab-
sconditi. Etenim iuxta consequen-
tiam iam predictorum supersapiens et omnis
sapientie causa, et ipsa per se sapien-
tia totius participans, substantifica-
trix. Ex ipsa intelligibiles et in-

tellectuales angelorum mentium
virtutes simplices et bonos
habent intellectus, non in divisibi-
libus aut a divisibilibus aut sensi-
bus aut singularibus circumlatis congre-
gantes divinam cognitionem,
ab aliquo communi ab ista simul acte,
ab omni autem materia multitudine
munde existentes, intellectualiter
et immaterialiter uniformiter intelli-
gibilia divinorum intelligunt, et est ip-
sis intellectualis virtus et operatio
munda et immaculata puritate
resplendens, conspicua divinorum
intellectuum simplicitate et simi-
litate, et divinis unitionibus ad
divinam et supersapientem mentem et
rationem, sicut est possibile, figurata.
Propter divinam sapientiam et
anime rationale habent discursive
quidem et circa existentium
veritatem circumeuntes, et di-
visibili et largissimo varietatis
deficientes a mentis unitionibus,
multorum autem ad unum convolu-
tione et intellectualibus equalibus angelis
inquantum animabus est proprium et
possibile digne habite. Sed et
aliquis non peccet ab intentione
dicens, sensus ipsos esse resonantiam
sapientie. Et quidem et demonum
mens secundum quod mens est, ex ipsa est.
Inquantum autem mens est ratione
depravata, consequi quod declinat,
neque sciens neque volens. Causa a sa-
pientia magis proprie ipsam oportet ap-
pellare. Secundum quod quidem sapientie
ipsius et omnis et mentis omnis

et rationis. et talis omnis divina sapientia ipsa
principium est et causa. et substantificatrix
et perfectiva. custoditiva. et finis. deus
est. Aut superplene deus qui est super
sapientem sapientia et perfectio et causa
totius mentis et rationis et cogni
tor laudatur. Quomodo enim
intelligit aliquid intelligibili
um non habens intellectuales actiones
aut quomodo cognoscet sen
sibilia super omnem sensum collocatus.
et quidem omnia ipsum scire dicunt
eloquia. et nichil effugere divinam
cognitionem. sed quod dixi multotiens
divina ut decet deum intelligere
convenit. Et enim sine mente et non sen
sibile secundum excessum non secundum defectum in
deo est esse ordinandum. sicut
irrationabile reponimus ei qui
est super omnem rationem. et imperfectionem
ei qui est super perfectos et pro perfectis.
et impalpabile et invisibilem ca
liginem lumen inaccessibili
secundum accessum invisibilis luminis
Quare divina mens omnia continet
ab omnibus segregata cognitione.
sed omnium causam in se ipso omnem
scientiam participans. antequam
angeli fierent. sciens et producens
angelos. et cuncta alia intus et ab
ipso ut ita dicam principio
sciens et ad substantiam agens. et hoc
arbitror tradere eloquium quod
dicit. qui scit omnia antequam
fiant ipsa. Non enim ex existen
tibus existentia discens
novit divina mens. sed ex se ipsa
et in ipsa. sed causam omnium scientiam.

et cognitionem et substantiam prehabens
preaccepit. non secundum visionem sin
gulis se immittentem. sed secundum unam
cause continentiam omnia sciens
et continens. sicut et lumen secundum causam
prehabens in se ipso tenebrarum preac
cepit visionem. aliunde non videns
tenebras quam a lumine. Igitur
se ipsam divina sapientia cog
noscens. cognoscet omnia immate
rialiter materialia et indivisibiliter
divisibilia. et multa unitive.
in ipso uno omnia et cognoscens et pro
ducens. Et enim si secundum unam causam
deus omnibus existentibus esse tribuit.
secundum eandem causam sciet omnia sicut ex ipso
existentia. Et que in ipso pre
existunt. Et non ex existentibus sumit ipsorum
cognitionem. sed et ipsis singulis cog
et aliis et aliorum cognitionis erit
largitor. Non igitur deus propriam
habet sui ipsius cognitionem. aliam
autem communem existentia omnia
comprehendentem. ipsa enim omnium causa
ipsam cognoscens. vacat alicubi
si ea que sunt ab ipsa et quorum est causa
ignorabit. Ita igitur deus existentia
cognoscit non scientia que est
existentium sed que est sui ipsius. Etenim
et angelos scire dicunt eloquia ea
que sunt in terra non secundum sensus ipsa
cognoscentes sensibilia quidem
existentia. sed secundum propriam deiformis
mentis virtutem et naturam.
Ipsa inquirendum quomodo nos
cognoscimus deum neque intelli
gibilem neque sensibilem neque aliquid
universaliter existentium existentem.

Numquid quidem non est dicere quod
deum cognoscimus, non ex
natura ipsius. ignotum enim
est hoc et omnem rationem et
mentem excedens, sed ex omnium entium
ordinatione sicut ex ipso proposita
et ymagines quasdam et assimilati
ones divinorum ipsius exemplari
um habente, ad illud quod est super omnia
via et ordine secundum virtutem ascen
dimus in omnium ablatione et exces
su et in omnium causa. Propter quod
et in omnibus deus cognoscitur et sine omnibus;
et per cognitionem deus cognoscitur
et per ignorantiam; et est ipsius et intellectus
et sermo et scientia et tactus et sensus
et opinio et fantasia et nomen et alia omnia.
et neque intelligitur neque dicitur neque nominatur;
et non est aliquid existentium neque in aliquo existentium cognoscitur.
et in omnibus omnia est, et in nullo nichil,
et in omnibus cunctis cognoscitur
et ex nullo nulli. Etenim hoc recte de deo dicimus,
et ex cunctis existentibus laudatur secundum omnium
proportionem quorum est causa.
Et est rursus divinissima que est — di cog
per ignorantiam cognita secundum uniti
onem super mentem, quando mens
ab aliis omnibus recedens, postea
et se ipsam dimittens, unitur super
splendentibus radiis, et inde et ibi
non scrutabili profundo sapientie il
luminata; et quidem ex omnibus
quod dixi ipsa est cognoscenda.
Ipsa enim est secundum eloquium que
est omnium effectiva et semper om
nia concordans et indissolu
bilis omnium concordationis et
ordinis causa. et semper fines
priorum coniungens principiis secundorum
et unam omnis conspirationem et ar
moniam pulchre operans. Ratio
(verbum) nalis autem deus laudatur a sanctis elo
quiis non tantum quoniam et rationis et mentis et
sapientie est largitor, sed quoniam omni
um causas in se ipso uniformiter
preaccepit et quoniam per omnia vadit pertin
gens ut eloquia dicunt usque ad
finem omnium, et ante hoc quidem quoniam
super omnem simplicitatem divina sim
plificatur ratio et ab omnibus est
super omnia secundum superessentiale absoluta.
Hec ratio est simplex et existens
existentium veritas, circa quam sicut
mundam et non erroneam totorum
cognitionem divina fides que manens — est
credentium collocatio, que istos
collocat veritati et in ipsis verita
tem, in transmutabili identita
te simplicem veritatis cogni
tionem habentibus credentibus.
Sicut enim cognitio est unitiva
eorum qui noverunt, ignorantia
autem est semper transmutati
onis causa et divisionis ignorantis
ex se ipso; credentem in veritatem
secundum sermonem sanctum nichil move
bit ab ea que est secundum veram fidem in
qua permanentiam habebit immobi
lis et intransmutabilis ydempti
tatis. Bene enim novit qui
veritati unitus est, quoniam bene habet,
quamvis multi corripiant ipsum
sicut extra se factum. Latet
quidem sicut est convenienter ipsos
extra errorem per veram fidem exta
sim passus veritatis. Ipse enim no

uit se ipsum. non secundum quod dicitur ut sufficientem. sed ab instabili et variabili per circuitum cardinalissimam ex totali varietate. per simpliciter et semper per eadem et eodem modo immutabilem virtute ubicumque. Etiam magis etiam sapientes principes et duces puritate moriuntur omni die. testificantes sicut est conveniens verbo omnium ergo et inmutabiliter rationum ipsa dei cognitione omnibus ipsam esse et diviniorem et simpliciorem magnam ipsi esse solam veram et simplicem dei cognitionem.

VII De veritate iusticia salvatione liberatione. in quo de

Sed quoniam divinam inequalitatem et super sapientem sapiam. et sicut virtutem laudant. et sicut iusticiam theologi. et sicut salvationem. et sicut liberationem. age et istas divinas nominationes. sicut est possibile nobis referemus. et quidem tharchia ab omni quacumque modo existente et cogitata virtute segregata est et supra. non arbitror aliquem indoctum eloquiorum consuetorum ignorare. multotiens enim theologia et dominationem ipsi et ipsorum celestium virtutum deificis tradens est. Quomodo igitur ipsam theologi et sicut virtutem laudant ab omni segregatam virtute. aut quomodo in ipsa virtutis nominationem accipiamus. Dicimus quod quod virtus est et sicut omnem virtutem in se ipso

prehabens et super hanc. et sicut omnis virtutis causa. et tota secundum virtutem indeclinabile et incircumscriptum producens. sicut ipsius quod est esse virtutem aut totam aut eam existentis. et sicut infinite virtutis. non tantum eo quod omnem virtutem producit. sed et eo quod est super omnem et ipsam per se virtutem. et eo quod nunquam possit infinite et infinitum producere virtutes. sed infinita ipsius virtute factis virtutum hebetare actionem. et eo quod ineffabilis et ignota et incogitabilis est cuncta excedens ipsius virtuosa que per habundantiam possibilia et infirmitatem firmat. et ultimas resonantias ipsius continet. et format rerum. quemadmodum et impossibilibus secundum sensum videmus. quia sicut splendidissima lumina et usque ad hebetes visus eorum pervenit. et magnos sonos dicunt ad auditus non valde facile recipientes sonos intromittere. quia enim est omnino non audiens non audit. et qui vir non videt est non videt. Ipsa igitur infinite virtutis distributio ad omnia existentia vadit. et nichil est existentium cui penitus ablata sit habere quandam virtutem. sed aut intellectualem. aut rationalem. aut sensibilem. aut vivificam. aut substantialem habere virtutem. Et ipsum etiam esse si fas est dicere virtutem ad hoc quod sit. habet a supersubstantiali virtute. ex ipsa sunt deiformes angelorum ornatuum virtutes. ex ipsa et esse inconvertibiliter habent et omnes ipsorum intellectuales et immortales sempiterni

motus [illegible] et infinite infinitas cum ab excessibus virtutum producit

pta

tuos motus et formitudinem ipsam. et non minorabile desiderium boni. ab ista boni virtute accepit. et ipsa immittente ipsis posse et esse ista. et desiderare. semper esse et ipsum posse desiderare quod semper possunt. procedit autem ea que sunt indeficientis virtutis et ad homines et alia et planta et totam omnis rei naturam. Et firmat unita ad suam invicem amicitiam et communionem, et discreta ad hoc quod sunt singularia sed propriam rationem et discretionem inconfusa et incommixta. et omnis rei ordines et directiones ad bonum proprium salvat et immortales angelicarum unitatum vitas immaculatas custodit, et celestes et illuminativas et stellares substantias et ordines invariabiles. et eum per se esse facit. et temporis circumvolutiones distinguit quidem processibus. congregat autem restitutionibus. et ignis virtutes inextinguibiles facit. et aque irfluxiones indeficientes. et aeris effusionem terminat. et terram in nichilo collocat. et vite generationes ipsius per indifferentes custodit. Et elementorum invicem armoniam et concordem inconfusam et indivisibilem salvat. et anime et corporis coniunctionem continet. Et plantarum nutritivas et augmentativas virtutes suscitat movet. et format substantias totorum virtutes. et omnis rei indissolubilem mansionem firmat et deificationem firmat. et deificationem ipsa donat virtutem

ad hoc hiis qui deificantur prebens. et totaliter nichil est quod existentium ab omnipotenti et firmitate et ambitu divine virtutis segregatum. Quod enim universaliter nulla in virtute habet, nec est, nec erit aliquid ipsi omnino positio. Et quid hoc dicit Elimas magus? Si omnipotens est deus, quomodo dicitur ad non posse aliquid theologo? Suppeditat autem divino Paulo qui dixit non posse eum negare se ipsum; apponens autem hec nimium timeo ne et stulticie debeam risum priorum effrenorum secundum edificationes et super arenam et infirmas dissolvere moliens, et sicut contra quandam impossibilem intentionem iaciens studens circa theologicam de isto deliberationem. Est ei enim ipsi negatio. Existit autem veritate. veritas autem existens est. et a veritate cadere ab existente est cadere. Si igitur veritas existens est, negatio autem veritatis est ab existente casus. ab existente excidere deus non potest. et hoc est non esse non est. Sicut si quis dicat non posse non potest. et non scire secundum privationem non novit. Quod sapiens non intelligens imitatur pugnantes inexpertos, qui multociens infirmos esse adversarios supponentes secundum quod videtur sibi ipsis. et contra absentes illos viriliter umbram pugne facientes. et aerem

plag uanis confidentes periclitetis. opinantur ad aduersarios ipsos optinuisse. et predicant se ipsos inscientes illorum uirtutem.

Nos autem deum theologi secundum quod est possibile contemplantes. deum et potentie laudamus. sicut omnipotentem. sicut beatum. et solum potentem. sicut dominantem in potestate sua eius. sicut secundum nichil ab existentibus excidentem. magis autem et superhabentem et preabentem omnia existentia per uirtutem super substantialem. et omnibus existentibus posse esse. et hoc esse. secundum habundantiam excedentis uirtutis copiosa effusione largientem.

Iusticia autem rursus laudatur deus. sicut omnibus secundum dignitatem distribuens. et commensurationem. et pulcritudinem. et bonam ordinationem. et ornatum. et omnes distributiones et ordines. segregans unicuique. secundum uere existentem et iustissimam diffinitionem. et omnibus proprie operationis ipsorum causa existens. omnia enim diuina iusticia ordinat et terminat. et omnia ab omnibus immixta et inconfusa saluat. omnibus existentibus conuenientia unicuique donat. secundum dignitatem unicuique existentium superuenientem. et si ista recte dicimus quicunque diuine separant iustitie. latent se sui ipsorum iniustitiam manifeste condempnantes. Dicunt enim debere inesse mortalibus immortalitatem. et imperfectis perfectionem. et per se mobilibus paternali immobile necessitatem. et uariabilibus identitatem. et infirmis esse perfectam potentiam. et temporalibus eternitatem. et naturaliter motis esse immutabilia. et temporales delectationes esse eternas. et totaliter ea que sunt aliorum aliis attribuunt. Oportet autem uidere diuinam iusticiam in hoc uere existentem ueram iusticiam. quod omnibus attribuit propria secundum uniuscuiusque existentium dignitatem. et uniuscuiusque naturam in proprio saluat ordine et uirtute.

Si dicitur autem quod non est iustitie homines sanctos dimittere non adiutos a prauis cruciatos. Ad quod dicendum est quod si illi quos dicis sanctos diligunt quidem ea que sunt secundum terram ab inherentibus eis zelata. ad in omnino ceciderunt amore. et non nouerunt quomodo sancti uocentur. iniuriam facientes uere amabilibus et diuinis propter incelabilia ab eisdem non religiose reprobatis. Si autem uere existentia amant. letari conuenit quecumque desiderantes. quando desiderabilia consequuntur. aut numquid tunc magis appropinquant angelicis uirtutibus quando sicut est possibile desiderio diuinorum recedunt ad terminum passibilium affectionum luctantes. ad hec ualde uiriliter in aduersitatibus pro bono. Quare uerum est dicere quod hoc diuine iustitie magis est proprium. non mollire et destruere optimorum animositatem filium

et in aialia

dominatoribus; neque si aliquis
conetur hec facere dimittere
non ad iustos. sed collocare ipsos
in pulchra et inflexibili statio
one. et attribuere ipsis talibus
existentibus secundum dignitatem.
Ipsa et divina iustitia et sal
vatio totorum laudatur: propria
uniuscuiusque et mundam
ab aliis substantiam et ordi
nem salvans et custodiens et causa
munde existens in totis proprie
operationis. Si autem aliquis salvatio
nem laudat et sicut ex peioribus
tota salvatorie abripientem.
omnino alicubi. et hunc nos lau
datorem largissime salvati
onis recipiemus. Et hanc
primam salvationem totorum
rogabimus ipsum diffinire.
que omnia in se ipsis intrans
mutabilia et non pugnan
tia et fortia contra peiora sal
vat. et omnia custodit non
pugnantia et non bellantia.
singula sui ipsorum rationibus
ordinata. et omnem inequalitatem
et alienam operationem ex
totis exterminat. et proportio
nes uniuscuiusque constituit non
valentes cadere ad contrari
a nec transire. Quamvis et ita
salvationem aliquis laudi
bit non longe ab abintentione
sancte theologie. sicut omnia
existentia salvatoria omnium
bonitate a casu propriorum bono
rum liberante secundum quod uniuscuiusque
eorum que salvantur suscipit
natura. Propter quod et libera
tionem ipsam nominant
theologi inquantum non sinit
vere existentia ad nichil esse
cadere. et inquantum et si aliquid
ad peccatum et inordinatum fallatur
et minorationem quandam pati
atur perfectionis propriorum bonorum
et hec passione et infirmitate
et privatione liberat implens
minus habens et paterne in
firmitatem supportans et sus
citans a malo. magis autem
statuens in bonum et ornans. et inordi
nationem ipsius et inornatum
et integrum perficiens et ab
omnibus maculatis solvens.
Sed de istis quidem et de iusti
tia dictum est. secundum quam omni
um equalitas mensuratur
et diffinitur. et omnis inequali
tas que est secundum privationem
equalitatis que est in ipsis
singulis exterminatur. Etenim
inequalitatem si quis accipi
at differentias in toto totorum
ad tota. et hanc iustitia est
salvativa non concedens commix
ta in totis facta turbari. cus
todiens autem existentia omnia
secundum speciem unumquodque in qua
unumquodque esse natum habet.

De magno et parvo. eodem. alio.
simili. dissimili. statione. motu. et
qualitate.

Quoniam autem
et magnum et parvum attribu
itur et omnium cause et idem et alterum
simile et perfectum bonum adimplens
et ordinans et statuens

et simile et dissimile et status et motus. Age et horum insignium in quibus deus nominatur quecumque sunt nobis manifesta contemplemur. Igitur magnus quidem eloquiis deus laudatus est et in magnitudine et in aura subtili divinam manifestante parvitatem. Et idem quod dicunt eloquia in autem idem ipse es et alia quam sicut multe figure et multe forme ab eisdem eloquiis exponuntur et similis sicut similium et substitutivus substantificator et dissimilis omnibus sicut quod non terribili sit et stans et immobilis et sedens in sella et motus sicut ad omnia ambulans et quecumque alie istis equipollentes dei nominationes ab eloquiis laudantur.

Igitur magnus quidem deus nominatur secundum magnitudinem ipsius que seipsam tradidit omnibus eternaliter magnis et excedit omnem magnitudinem et super situm et super extenta omnem locum continens omnem numerum supergrediens omnem infinitatem transcendens et secundum supplenum ipsius et magnificum et fontana ipsius dona in quantum ipsa ab omnibus participata secundum infinitam doni effusionem non minorata omnino sunt et eandem habent superplenitudinem et neque minorantur participatoribus sed et magis supermanat magnitudo hec et infinita est et sine quantitate et sine numero et hec est excessus secundum absolutam et superextensam infinite accepte magnitudinis effusionem.

Parvum autem idest subtile in ipso dicitur quod omne pondus et distantiam excedit et quod per omnia sine prohibitione vadit et quidem omnium causa est parvum. Nusquam enim invenies parvi formam non participatam. Ita quod in deo parvum est accipiendum sicut ad omnia et per omnia et sine impedimento vadens et operans et pertingens usque ad divisionem anime et corporis et compaginum et medullarum et intentionum cordis magis autem existentium universorum. Non enim est creatura occulta in conspectu eius. Hoc parvum sine quantitate est et sine numero et incomprehensibile et non valens teneri sine termino sine diffinitione et comprehendens omnia ipsum autem incomprehensibile.

Idem autem est sempiternaliter existens, inconvertibile in se ipso manens semper secundum eadem et eodem modo habens, omnibus eodem modo presens et ipsum secundum seipsum in seipso firme et incontaminate in optimis finibus habundantis identitatis collocatum, inconfusimutabile et oppositum non valens, eadem forte, invariabile, immundum, immateriale, simplicissimum, non indigens, non augmentabile, non minorabile, ingenitum, non sicut non dum genitum aut imperfectum aut sicut ab hoc aut illud non factum aut nusquam

nullo modo existens. sed sicut in
genitum et absolute ingenitum.
et super existens et semper pertin.
per se existens. et idem existens secundum
se ipsum et a se ipso uniformiter
et idemptitatis forma determina
tum. et idem excedere omnibus ad
participandum convenientibus
superresplendens. et alia aliis coordinate
habundantia. et causam idemptitatis
in se ipso. et contraria eadem pre
habens secundum unam et singularem totius
ydemptitatis excedentem causam.
Alterum autem quoniam providentie deus
omnibus adest. et omnia in omni
bus ipse omnium fit salvatorem ma
nens in se ipso. et propria ydemptita
te et inegressibiliter secundum unam opera
tionem. et inpausabiliter stans. et se
ipsum donans indeclinabilium
virtute ad deificationem conversorum.
et alteritatem variarum figurarum
et vel secundum multiformes visiones
altera quedam preter hoc quod appa
rent apparentibus significare pu
tandum est. Sicut enim si ani
mam ipsam sermo formarum
corporaliter corporales corpores
simplici circumponeret. aut in
telligeremus in ipsa partes ante
positas simplicitati sed proprie
tatem anime et caput quidem men
tem. collum autem opinionem. sicut
in medio rationis et irrationabilitatis.
pectus autem furorem. ventrem autem
concupiscentiam. crura autem et pe
des naturam diceremus partium
nominibus signis potentiarum utentes.

multo magis altitate formarum
in deo qui est supra omnia sanctis
et deo convenientibus et misticis re
serationibus purgari convenit.
Et sinus triplices corporum fi
guratas impalpabili et infigura
bili deo circumponere. latitudo
quidem divina est dicenda super
latius dei ad omnia processus.
Longitudo autem virtus super
tota extensa. profunditas autem
existentibus incomprehensibile
occultum et ignotum. Sed ne late
amus nos metipsos extensi
one figurarum et formarum alteri
tatis incorporales dei nomina
tiones hiis que sunt per signa
sensibilia commiscentes. ipsi g
deitis quidem in symbolica
theologia. nunc autem ipsam di
vinam alteritatem non variationem
quandam sed inconvertibilis
idemptitatis supplicemur. sed
unitam ipsi multiplicem for
mationem et uniformes in se
fecunditatis ad omnia pro
cessiones. Simile autem deum
si dicat aliquis quidem ut eundem
sicut totum per totum sibi ipsi
singulariter et indivisibiliter existen
tem silem. non est improbanda
nobis simul dei nominatio. theo
logi autem existentem super omnia deum
secundum quod ipse est. nulli dicunt esse silem.
Pertinuum autem similitudinem divinam
dare hiis qui ad ipsum exis
tentem super omnem et diffi
nitionem et rationem convertuntur.

sed virtute unitatem. et est divine similitudinis virtus que adveniente omnia ad causam convertit. Ista dicere quod conveniunt similia deo et ea secundum divinam ymaginem et assimilationem. Neque enim ipsum dicimus esse similem. quoniam neque proprie homo ymagini similis est. Etenim in coordinatis quidem possibile est et similia ipsa sibi invicem esse et converti ad alterutram similitudinem et esse ambo sibi invicem similia secundum precedentem similis speciem. In causa autem et causatis non recipimus conversionem. Non enim solis istis aut istis simile esse donatum est. omnibus autem similitudine participantibus deus fit causa quod sunt similia. et est et ipsius substantificator similitudinis. et quod est in omnibus simile vestigio quodam divine simulationis similitudinis est simile et unitatem ipsorum complet. et quid oportet de isto dicere. Ipsa enim theologia dissimilem ipsum esse predicat et omnibus non coordinatum. sicut ab omnibus alterum. et hoc quidem est inopinabilius quod nec aliquid simile ipsi dicat. et quidem non contrarium est sermo assimilationi ad ipsum. et enim eadem similia sunt deo et dissimilia. hec quidem secundum contingentem non imitabilis imitationem. hec autem secundum quod causata minus habent causa et infinitis et incomparabilibus deficiunt. Quid autem de divina statione aut sessione dicimus. Quid autem aliud quam quod preter hec quod manere in seipso deum et in immobili identitate singulariter esse fixum et supercollocatum. et quod secundum eadem et circa idem et eodem modo operatur. et secundum quod ipse intransmutabilis est ex seipso omnino. et quod non potest ipse inconvimovi. et totaliter esse immobilem. et hoc supersubstantialiter. Ipse enim est omnium stationis et sedis causa. qui est super omnem sedem et stationem. et in ipso cuncta consistunt ex propriorum bonorum statione inmota custodia. Quid autem et quod rursus theologi et ad omnia procedentem et motum dicunt immobilem. Nonne enim ut decet deum et hoc est intelligendum. Moveri enim ipsum religiose estimandum est. non secundum lationem aut mutationem aut alterationem aut medulse aut localem motum. non directum. non circularem. non ex ambobus. non intelligibilem. non animalem. non naturalem. sed eo quod substantiam agat deus et contineat omnia et totaliter omnia provideat. et eo quod assit omnibus omnium circuitum insuperabili. et adexcitia omnia providentibus processibus et operationibus. sed et motus dei immobilis ut decet deum laudari sermone permittitur. et rectum quidem intelligere convenit indeclinabile et inflexibile processum operationum et ex ipso totam generationem; obliquum autem stabile processum et generativam stationem; secundum circulum autem idem proprietatem et media et extrema circumdantia et circumdata continere et conversionem ad ipsum eorum que ab eo pro

cesserunt. Si autem aliquis me
loquium dei nominationem eiusdem
aut iustitie inequali sumat.
Dicemus equalem esse deum non solum
sicut simplicem et indeclinabi
lem. sed et sicut ad omnia et per omnia
equaliter procedentem. et sicut ipsius per
se equalitatis substantificatorem.
secundum quam equaliter operatur per omnia
similiter in ea invicem ambula
tionem. et suscipientium equalem par
ticipationem. secundum singulorum oportu
nitatem. et equalem per dignitatem.
ad omnia distributam donationem.
et secundum hoc quod omnem preaccepit
equalitatem. intelligibilem. intellectu
alem. rationalem. sensibilem. substantia
lem. voluntariam. segregatam et unitam
in se ipso per virtutem omnis equalita
tis effectivam. super omnia existentem.

X De omnipotente vetere dierum
et de evo et de tempore.

Laude autem verbo misteriorum no
minum deum sicut omnipotentem et
sicut veterem dierum laudare. hoc qui
dem quia ipse, quia omnium ipse est omnipo
sessio continens et circuiens tota
et connectens et fundans et circumstrin
gens. et firmum in se ipso omnia. et ad se
ipsum omnia que ab ipso et plantati
onem omnium tenentem convertens.
et continens ipsa sicut omnium
sessio omnitenens. continens omnia
secundum unam excedentem omnia con
tinentiam firmans et non dimit
tens ipsa decidentia a se ipsa sicut
ex essentia perfecta mota destruu.
Dicitur autem omnipotens tamquam
perficiens esse ipso tota quasi ab
radice omnitenente producens

et sicut omnitenens et inmixte gub
ernans principans. et sicut omnibus deside
rabilis et amabilis existens et
semper mittens omnibus voluntarias
leges et dulces partus divini et omni
potentis et indissolubilis amoris ip
sius bonitatis. Dierum autem an
tiquus laudatur deus quia hoc quidem om
nium ipse est et evum et tempus et
ante dies et ante evum et tempora;
et quidem et tempus et diem et quartam
partem anni et evum ut decet dicere
ipsum deo convenit. sicut existen
tem secundum omnem motum intrans
mutabilem et immobilem et in hoc
quod semper movetur manen
tem in se ipso. et sicut evi et tempo
ris et dierum causam. Propter
quod in sanctis misticis dei vi
sionum apparitionibus et canus
et novus componitur; seniore
quidem significante antiquum et a prin
cipio existentem. iuniore autem
sine senectute; aut ambobus
docentibus ipsum a principio us
que ad finem per omnia procedere.
aut sicut divinus noster sacrans per
fector dicit. divinam principali
tatem utrisque monstrantibus se
niore quidem primum in tempore.
iuniore autem secundum numerum
principalius habente quoniam unitas
et ea que sunt circa unitatem sunt
principaliora numeris qui multum processerunt. Oportet autem sicut arbitror et
temporis et evi nomen in eloquiis vide
re. Etenim non omnino et absolute in
genita et vere eterna, neque dicit eter

si et incorruptibilia et immortalia
et invariabilia. et eternitas eodem modo.
sic quando dicitur elevamini porte e-
ternales et similia. Multociens autem
et antiquissima eum nominatione signi-
ficat. et totum rursus tempus appo-
nere. Sed nos esse quasi eum appellat
si quia proprietas eius est antiquum
et invariabile et totum secundum totum
metiri. ¶ Tempus autem vocatur quod
in generatione et corruptione et varia-
tione et aliquando aliter se habet. propter quod et
nos hic secundum tempus terminatos. eius
participantes theologia dicit.
quam incorruptibile et semper
eodem modo habens eum consequentem.
¶ Est autem quando in eloquiis et tem-
porale eum glorificatur. et eter-
num tempus. Oportet scire ipsis ma-
gis et magis proprie existentia.
eius et ea que sunt in generatione tempore
et dicta et dicta. Oportet igitur non
simpliciter coeterna deo que ante eum
arbitrari eterna dei. Sequentes
autem venerandissima eloquia in
convisibiliter eterna quidem et simul tempore
secundum cognitos sibi laudare mo-
dos. media autem eternitatis et temporum que
eorum secundum aliquid quidem eius secundum
aliquid vero tempore participantia de-
um autem sicut eum et ut tempus
laudare convenit. sic tempus omnis
et eternitatem. et antiquum dierum
sic ante tempus et variantem quatuor
preter annum et tempora. Et rursus
ante secula existentem in quantum
ante eum est et regnum ipsius regnum
omnium seculorum. ~~decem~~

XI

**De pace et quid vult per
se que per se vita que per se
sapientia et huiusmodi** [A]d e[t] virtutis et que ita dicuntur.
Agedum autem et pacem divinam et principem congregationis pacem
hymnis pacificis laudemus. Ipsa enim
est omnium unitiva et univer-
sorum et consensus et coniunctionis genera-
tiva et operativa. propter quod et omnia ipsa
desiderant divisibile ipsorum multi-
tudinem convertente ad totam unitatem
et bellum omnis reconciliant unientem
ad conformem cognationem. propter participationem
divine pacis dignior sunt congregati-
ve virtutum. et ipse ad se ipsas et ad a-
lias invicem unientium et ad unum
totorum pacis principem. et subiec-
ta uniunt et ipsa ad se ipsa et ad ali-
a invicem et ad unum et perfectum omnium
principium pacis et eam que sim-
pliciter supervenientes totis sicut quibus-
dam vectibus divisorum conclusiones o-
mnia diffinit et terminat et firmat. et non sinit
diversa effundi ad interminatum et
infinitum inordinata et non collocata.
et deserta a deo facta et ab unitione
sua ipsorum excuntia et invicem immi-
scere omni mixtione dispersa. ¶ Que
de ipsa quidem divina pace que est in quiete
est et silentio quod sanctus vir ineffabilitate
vocatur. et ad omnem cognitum pro-
cessum immobilitatem. et quomodo
quiescit et silentium agit. quomodo
unit ipsa et unit se ipsam est et ad se
ipsam tota tota semper unita est.
et non ad se ingrediens et multiplicans
se ipsam delinquit sui ipsius unionem.
est et procedit ad omnia intus tota
manens per excessum omnia superantis

ipsam

unitionis. Neque dicere neque cogitare aliquid existentium neque est fas neque possibile, sed sicut ineffabile et ignotum ipsi attribuentes super omnia, intelligibiles ipsi dicimus participationes, et hoc ut est possibile viris et nobis multis bonis viris deficientibus inspiciemus. Et primum quidem hoc est dicendum quia ipsa perfectae paci et totius particularis substitutiva facta, et quia omnia ad se invicem concreta facit secundum inconfusam ipsorum unitionem, secundum quam indivisibiliter unita et distantia cum puritate singula secundum propriam speciem substituuntur, non velata per concretionem ad opposita. Neque enim habentia aliquid unitivae diligentiae et puritatis. Unam quidem quandam et simplicem pacificae unitionis contemplemur naturam, unientem universa sibi invicem ipsi et illis et ipsis et sibi invicem et salvantem omnia inconfusa omnium continentia et immixta et concreta. Per quam divinae mentes unitae intellectibus suis uniuntur et unitis, et rursum ad ignotam ascendunt super mentem collocatorum coniunctionem. Propter quam animae largissimas ipsarum rationes invenientes et ad unam intellectualem congregantes puritatem, proveniunt iuxta proprietatem suam via et ordine per immaterialem et simplicem intellectum ad eam quae est super intellectum unitionem. Propter quam una et indissolubilis omnium complexio secundum divinam sui ipsius armoniam substituitur et concordatur consonantia perfecta et consensu et simultate et congregata inconfuse et indissolubiliter contenta. Transit enim perfectae totalitatis pax ad omnia existentia secundum simplicissimam illius et immixtam praesentiam unificae virtutis, uniens omnia et coniugens extrema per media extremis, secundum unam connaturalem coniuncta amicitia; et fruitionis ipsius donans et extremis omnis rei terminationibus, et omnia consequentia faciens unitatibus, identitatibus, unitionibus, congregationibus indivisibilibus, videlicet divina pace stante in uno, omnia monstrante et per omnia pertranseunte, et propria identitate non recedente. Procedit enim ad omnia et tradit omnibus se ipsam iuxta proprietatem ipsorum, et supermanat habundantia pacificae fecunditatis, et manet propter excessum unitionis tota ad totum et secundum totam se ipsam superunita.

Quomodo autem dicet aliquis desiderant omnia pacem? Multa enim alteritate et discretione gaudent et non aliquando sponte vellent cognoscere quiescere. Et si quidem dicens hoc dicit alteritatem et discretionem uniuscuiusque existentium proprietatem, ergo hanc nullum existentium existens quod est vellet aliquando perdere, neque quidem nos ad hoc contra dicemus. Sed et hoc pacis desiderium esse enuntiamus. Omnia enim diligunt ad se ipsa et pacem habere et uniri et sua et quae sunt suorum esse immobilia et eadem non valere

non vero ipse. In qua re paulisper considerandum est. Requirentibus enim ipse est pater qui filius minime inquiunt. Rursus idem alter qui alter negatur. Non est igitur inter eos in re omni indifferentia; quare subintrat numerus quem ex subiectorum diversitate confici superius explanatum est. De qua re breviter considerabimus si prius illud quemadmodum de deo unumquodque praedicatur praemiserimus. Decem omnino praedicamenta traduntur que de rebus omnibus universaliter praedicantur, id est substantia, qualitas, quantitas, ad aliquid, ubi, quando, situs, habere, facere, pati. Hec igitur talia sunt qualia subiecta permiserint. Nam pars eorum in reliquarum rerum praedicatione substantia est, pars in accidentium numero est. At hec cum quis in divinam verterit praedicationem, cuncta mutantur que praedicari possunt. Ad aliquid vero omnino non potest praedicari. Nam substantia in illo non est vere substantia sed ultra substantiam. Item qualitas et cetera que evenire queunt. Quorum ut amplior fiat intellectus exempla subdenda sunt. Nam cum dicimus deus, substantiam quidem significare videmur, sed eam que sit ultra substantiam. Cum vero iustus, qualitatem quidem sed non accidentem, sed eam que sit substantia et ultra substantiam. Neque enim aliud est quod est, et aliud est quod iustus est, sed idem est esse deo quod iusto. Item cum dicimus magnus vel maximus, quantitatem quidem significare videmur, sed eam que sit substantia talis qualem esse diximus ultra substantiam. Idem enim esse deo quod magno. De forma enim eius superius demonstratum est quoniam is sit forma et unum vere nec ulla pluralitas. Sed hec praedicamenta talia sunt ut in quo sint ipsum esse faciant quod dicitur, divise quidem in ceteris, in deo vero coniuncte atque copulate hoc modo. Nam cum dicimus substantiam, ut homo vel deus, ita dicitur quasi illud de quo praedicatur ipsum sit substantia, ut substantia homo vel deus. Sed distat quoniam homo non integre ipsum homo est, ac per hoc nec substantia. Quod enim est aliis debet que non sunt homo. Deus vero hoc ipsum deus est. Nichil enim aliud est nisi quod est, ac per hoc ipsum deus est. Rursus iustus, quod est qualitas, ita dicitur quasi ipse hoc sit de quo praedicatur, id est si dicamus homo iustus vel deus iustus, ipsum hominem vel deum iustos esse proponimus.

nec

hoc

sz differt qd ho alr est alr est
iustus. ds vero idē ipm est
qd ē iust. Magn̄ est ho v ds
dr. atq3 ita qsi ipse sit ho mag
nus ul ds magn. sz ho tantu
magn. ds uo ipm magnu
existit. Reliqua uo nec de deo
nec de ceteris pdicant. Nā ubi v
de hoie ul de deo pdicari pot.
de hoie ut in foro. de deo ut ubiq3
sz ita ut n qsi ipa sit res id
qd pdicatr de qua dr. Nō enim
ita ho dr ee in foro qm ad ee albs
v long. nec quasi circūfusus
et determinatr pprietate aliqua qua
designari scdm se possit. sz tm
qd sit illud aliis informatum rebs
p hanc pdicm ostendit. De deo
uo n ita. Nā qd ubiq3 ē ita
q3 uidetr dici. n q in omi loco sit
oio enim in loco esse n pot. sed
qd ei ois locus adsit ad eum capi
endu cu ipse n suscipiat in loco
atq3 ideo nusqm ee in loco dr. qm
ubiq3 ē. sz n in loco. Qm uero de eo p
dicatr modo ut de hoie heri ue
nit. de deo semp ē. hic qz n qsi
ee aliquid dr. illud ipm de q
hesternu dr aduentus. sz qd ei scdm
tempus accessit pdicatr. Qd u de
deo dr semp ē unu quidē signat
qsi omi pterito fuit omi qz modo sit
psenti omi futuro erit. Qd de celo et
de ceteris inmortalibz corporibz scdm
phos dici pot. at de deo n ita. sem
p eni est qm semp psentis ē in eo
tpis. Tantumq3 int nrar rer psens
qd est nc ac diuinar. Qm nos
n u qsi currens tps facit et sempitnita
te. diuinu vero nc pmanens. neq3
mouens sese. atq3 consistens eternita
te facit. Cui nomini si adicias semp
facies ei qd est nc. iugem indefessum
q3 ac p hoc ppetuu cursum qd est
sempiternitas. Rursus hec et
facere eadem m. Dicimus ei uestitus cur
rit. de hoie. de deo cuncta possi
dens regit. Rursus nichil de eo q
ē esse dictu n sic dictu ē. sz h omis
pdicacio extrinsecus datr. Omiaq3 hec
quodammodo referuntur ad aliud. Cuius
pdicacionis differentiam sic facili in
nosciemus. quia ho ē ul ds refertur
ad substanciam. qua ē aliquid .i. ho v ds. qui
iustus est refertur ad qualitatem q
scz aliquid ē. iustus ul magnus ad quanti
tatem. qua ē aliquid .i. magnus. Nam in
ceteris pdicacionibus nil tale ē. Qd ei

q^o loco

inquo loco

nunc

dicat esse aliquem in foro vel ubique
refertur quidem ad predicamentum quod est ubi
sed non quo aliquid est velud iustitia
iustus. Item cum dico currit vel regit
vel nunc est vel semper est refertur quidem vel
ad facere vel ad tempus. Sed tamen interim
divinum illud tempus semper dici potest sed non
quo aliquo aliquid est velud de mag
nitudine magnum. Nam situm passi
onemque requiri non oportet in deo neque enim sunt.
Iamne patet que sit differentia pre
dicationum. Quod alie quidem quasi rem mon
strant alie vero quasi circumstantias rei
quodque illa ita predicantur ut esse
aliquid rem ostendant. Illa vero ut
non esse sed potius extrinsecus aliquid quo
dammodo affigant. Illa igitur que aliquid
esse designant secundum rem predicationes
vocentur. Que cum de rebus subiectis
dicuntur vocantur accidentia secundum rem.
Cum de deo qui subiectus non est secundum sub
stantiam rei predicatio nuncupatur.
Age nunc de relativis speculemur
pro quibus omne quod dictum est sumpsimus ad
disputationem. Maxime enim hec non
videntur secundum se facere predicationem
que perspicue ex alieno adventu
constare perspiciuntur. Age enim quoniam
dominus ac servus relativa sunt videa
mus utrum ita sit ut secundum se sit
predicatio an minime. Atqui
si auferas servum abstuleris et do
minum. At non etiam si auferas albe
dinem abstuleris quoddam album. Sed interest
quod albedo accidit albo qua
sublata perit in hoc vero album. At
in domino si servum auferas perit vo
cabulum quo dominus vocabatur. Sed
non accidit servus domino ut albedo
albo. Sed potestas quedam qua
servus coercetur. Quam quoniam sublato
deperit servo. Constat non eam per se
domino accidere sed per servorum quodammodo
extrinsecus accessum. Non igitur dici po
test predicationem relativam quicquam
rei de qua dicitur secundum se vel addere vel mi
nuere vel mutare. Que tota non in
eo quod est esse consistit sed in eo quod est in comparatione aliquo
modo se habere. Nec semper ad ali
ud sed aliquotiens ad aliud. Age enim
stet quispiam. Ei igitur si accedam dexter
erit ille sinister ad me comparatus
non quod ille ipse sinister sit sed quia ego
dexter accesserim. Rursus ego si
nister accedo item fit ille dexter.
Non quod ita sit per se dexter velud albus
vel longus. Sed quod me accedente fit
dexter. Atque id quod est a me et ex me
est minime vero ex sese. Quare
que secundum rei alicuius in eo quod ipsa est proprie
tatem non faciunt predicationem nichil
alternare vel mutare queunt nullam
que omnino essentiam variare. Quocirca si
pater ac filius ad aliquid dicuntur nichil
que aliud ut dictum est differunt nisi sola relatione

ut dictum est differt nisi sola re-
latione. Relatio vero non predicatur
ad id de quo predicatur quasi ipsa sit per se et
secundum rem de qua dicitur non faciat alteritatem rerum
de qua dicitur sed si dici potest quo quidem
modo id quod vix intelligi potest
interpretatum est personarum. Omnis enim
magis regule est in rebus incor-
poralibus distantias effici differentiis
non locis. Neque accessisse dici potest
aliquid deo ut pater fieret. Non enim cepit
esse umquam pater eo quod substantialis quidem ei
productio filii, relatio vero predicatio
patris. Ac si meminimus omnium
in prioribus de deo sententiarum ita cogite-
mus processisse quidem ex deo patre
filium deum et ex utrisque spiritum sanctum.
Hos quoniam incorporales sunt minime
locis distare. Quoniam vero pater deus et fi-
lius deus et spiritus sanctus deus, deus vero nullas
habet differentias quibus differat a deo,
a nullo eorum differt. Differentie vero ubi
absunt abest pluralitas; ubi abest
pluralitas adest unitas. Nichil
autem aliud gigni potuit nisi deus. Et in rebus
numerabilibus repetitio unitatum non
facit modis omnibus pluralitatem.
Trium igitur idonee constituta est uni-
tas. Sed quoniam nulla relatio ad se
ipsum referri potest idcirco quod ea
secundum se ipsum est predicatio que relatione
caret, facta quidem est trinitatis nu-
merositas in eo quod est predicatio rela-
tionis, servata vero unitas in eo quod
est indifferentia vel substantie vel operationis
vel omnino eius que secundum se dicitur predicationis.
Ita igitur substantia continet unitatem, rela-
tio multiplicat trinitatem atque ideo
sola singillatim proferuntur atque sepa-
ratim que relationis sunt. Nam idem pater qui fi-
lius non est nec idem uterque qui spiritus sanctus.
Idem tamen deus est pater et filius et spiritus sanctus, idem iustus
idem bonus idem magnus idem omnia que
secundum se poterunt predicari. Sane sciendum
est non semper talem esse relativam predi-
cationem ut semper ad differens predicetur
ut est servus ad dominum; differunt
enim. Nam omne equale equali equale est
et simile simili simile est et idem ei quod est idem
idem est; et similis est relatio in trinitate
patris ad filium et utriusque ad spiritum
sanctum ut eius quod est idem ad id quod est idem. Quod si id in cunctis aliis rebus
non potest inveniri, facit hoc cognata
caducis rebus alietas. Nos vero nul-
la ymaginatione diduci sed simplici
intellectu erigi et ut quidque intelligi potest
ita aggredi etiam intellectu oportet.
Sed de proposita questione satis dictum est.
Nunc vestri normam iudicii expectat
solutionis questionis que utrum
recte discussa sit an minime
vestra statuat prudentia. Auctoritati
quod si sententie fidei fundamentis sponte
firmissime opitulante gratia
divina idonea argumentorum

enim

potuit ex deo

secundum

qui

ad unitatem perstitimus illuc perfecti operis letitia remeabit unde venit affectus. quod si ultra se humanitas nequit ascendere quantum inbecillitas subtrahit vota supplebunt.

Incipit eiusdem ad sanctum Iohannem dyaconem ecclesie romane utrum pater et filius et spiritus sanctus de divinitate substantialiter predicentur.

Quero an pater et filius ac spiritus sanctus de divinitate substantialiter predicentur an alio quolibet modo. viamque hinc ut arbitror esse sumendam unde rerum omnium manifestum constat exordium. id est ab ipsis catholice fidei fundamentis. Si igitur interrogem an qui dicitur pater substantia sit respondebitur esse substantiam. quod si queram an filius substantia sit idem dicitur. spiritum quoque sanctum substantiam esse nullo modo dubitamus. Sed cum rursus colligo patrem filium spiritum sanctum non plures sed una occurrit esse substantia. Una igitur substantia trium nec separari ullo modo nec disiungi potest nec velud partibus in unum coniuncta est. sed est una simpliciter. Quecumque igitur de divina substantia predicantur ea tribus oportet esse communia. idque signi erit que sint que de divinitatis substantia predicentur. quod quecumque hoc modo dicuntur de singulis in unum collectis tribus singulariter predicabuntur. hoc modo si dicimus pater deus est filius deus est spiritus sanctus deus est pater filius spiritus sanctus unus deus. Si igitur eorum una deitas una substantia est. licet dei nomen de divinitate substantialiter predicari. Ita pater veritas est. filius veritas est. spiritus sanctus veritas est. pater filius spiritus sanctus non tres veritates sed una veritas est. Si igitur una in hiis substantia una est veritas necesse est veritatem substantialiter predicari. De bonitate de incommutabilitate de iustitia de omnipotentia ac de ceteris omnibus que tam de singulis quam de omnibus singulariter predicamus manifestum est substantialiter dici. Unde apparet ea que cum in singulis separatim dici conveniret nec tamen in omnibus dici queunt non substantialiter predicari sed alio modo. Que vero ista sint posterius queram. Nam qui pater est hoc vocabulum non transmittit ad filium neque ad spiritum sanctum. quo fit ut non sit substantiale nomen hoc inditum. nam si substantiale esset ut deus ut veritas ut iustitia ut ipsa quoque substantia de ceteris diceretur. Item filius solum hoc recipit nomen neque id cum aliis iungit sicut in deo sicut in veritate sicut in ceteris que superius dixi. Spiritus quoque sanctus non est idem qui pater ac filius. Ex hiis igitur intelligimus patrem filium spiritum sanctum non de ipsa divinitate substantialiter dici sed alio quodam modo. Si enim substantialiter predicaretur et de singulis et de omnibus singulariter diceretur. Hec autem ad aliquid dici manifestum est. nam et pater alicuius pater est et filius alicuius filius est. spiritus alicuius spiritus. Quo fit ut ne trinitas quidem substantialiter de deo predicetur. non enim pater trinitas. qui enim pater est

de

ac

est. filius ac spiritus sanctus non est. nec trinitas filius. nec trinitas spiritus sanctus secundum eundem modum. Sed trinitas quidem in personarum pluralitate consistit. unitas uero in substantie simplicitate. Quod si persone diuise sunt. substantia uero indiuisa. necesse est quod uocabulum ex personis originem capit. id ad substantiam non pertinere. Trinitatem personarum diuersitas facit. trinitas igitur non pertinet ad substantiam. Quo fit ut nec pater nec filius nec spiritus sanctus nec trinitas de deo substantialiter predicentur. Sed ut dictum est ad aliquid. Deus uero ueritas iusticia bonitas. omnipotentia. substantia. immutabilitas. uirtus. sapientia et quicquid huiusmodi excogitari potest substantialiter de diuinitate dicuntur. Hec si recte et ex fide habent ut me instruas peto. aut si aliqua re forte diuersus es diligentius intuere que dicta sunt et fidem si poterit rationemque coniungere.

Incipit eiusdem ad eundem quomodo substantie in eo quod sint bone sint cum non sint substantialia bona.

liber de ebdomadibus

Postulas ut ex ebdomadibus nostris eius questionis obscuritatem que continet modum quo substantie in eo quod sint bone sint cum non sint substantialia bona. digeram et paulo euidentius monstrem. Idque eo dicis esse faciendum quod non sit omnibus notum iter huiusmodi scriptionum. tu uero testis ipse sum quam hec uiuaciter fueris ante complexus. ebdomadas uero ego mihi ipse commentor potiusque ad memoriam meam speculata conseruo quam cuiquam participo. quorum lasciuia ac petulantia nichil a ioco risuque patitur esse seiunctum. Prohinc tu ne sis obscuritatibus breuitatis aduersus. que cum sint archani fida custodia. tum id habent commodi. quod cum his solis qui digni sunt colloquuntur. Ut igitur in mathematica fieri solet ceterisque etiam disciplinis. preposui terminos regulasque quibus cuncta que sequuntur efficiam.

Communis animi conceptio est enuntiatio quam quisque probat auditam. 1 Harum duplex est modus. Nam una ita communis est ut omnium hominum sit. ueluti si hanc proponas. 2 Si duobus equalibus equalia auferas. que relinquuntur equalia esse. nullus id intelligens neget. Alia uero est doctorum tantum que tamen ex talibus communis animi conceptionibus uenit. 3 ut est. que incorporalia sunt in loco non esse. et cetera que non uulgus sed docti comprobant. Diuersum est esse et id quod est. 4 Ipsum enim esse nondum est. At uero quod est accepta essendi forma est atque consistit. Quod est participare aliquo potest. 5 sed ipsum esse nullo modo aliquo participat. Fit enim participatio cum aliquid iam est. Est autem aliquid cum esse susceperit. Id quod est habere 6 aliquid preterquam quod ipsum est potest. Ipsum uero esse nichil aliud preter se 7

8 sed hic adiunctum. Diversum est tamen esse
aliquid et esse aliquid in eo quod est.
illic enim accidens, hic substantia significatur.
9 Omne quod est participat eo quod est esse ut sit.
alio vero participat ut aliquid sit. ac per hoc
id quod est participat eo quod est esse ut sit.
est vero ut participet alio quolibet. Omne
10 simplex esse suum et id quod est unum habet.
11 Omni composito aliud est esse, aliud ipsum est.
12 Omnis diversitas discors, similitudo vero
13 appetenda est. et quod appetit aliud tale ipsum
esse naturaliter ostenditur quale est illud
hoc ipsum quod appetit. Sufficiunt igitur
que premisimus. a prudente vero rationis interpre-
te suis unumquodque aptabitur argu-
15 mentis. Questio vero huiusmodi est. Ea que sunt
bona sunt. tenet enim communis sententia doctorum
14 omne quod est ad bonum tendere. Omne autem
16 tendit ad simile. Que igitur ad bonum tendunt
bona ipsa sunt. Sed quemadmodum bona sint inqui-
rendum est utrumne participatione an substantia.
Si participatione, per se ipsa nullo modo bona
17 sunt. nam quod participatione album est, per se in eo quod
ipsum est album non est. Et de ceteris qualitati-
bus eodem modo. Si igitur participatione sunt bona, ipsa
per se nullo modo bona sunt. non igitur ad bonum
tendunt. Sed concessum est. non igitur participatione sunt bo-
18 na sed substantia. Quorum vero substantia bona est, id quod sunt
bona sunt. id quod sunt autem habent ex eo quod est esse.
Esse igitur eorum bonum est. Omnium igitur rerum ipsum
19 esse bonum est. Sed si esse bonum est, ea que sunt
20 in eo quod sunt bona sunt idemque illis est esse quod bo-
21 num esse. Substantialia igitur bona sunt quoniam non parti-

cipant bonitatem. Quod si ipsum esse in eis
bonum est, non est dubium quin substantia-
lia cum sint bona, primo sint bono si-
milia. ac per hoc hoc ipsum bonum
erunt. nihil enim illi preter se ipsum simile 22
est. Ex quo fit ut omnia que sunt deus sint, quod
dictu nefas est. Non sunt igitur substantialia bona
ac per hoc non in his est esse bonum. Non sunt
igitur in eo quod sunt bona. Sed nec participant
bonitatem. nullo enim modo ad bonum ten-
derent. Nullo modo igitur sunt bona. Huic 23
questioni talis poterit adhiberi solutio.
Multa sunt que cum separari non possunt
actu, animo tamen et cogitatione separantur.
ut cum triangulum vel cetera a subiecta ma-
teria nullus actu separat, mente tamen segre-
gans ipsum triangulum proprietatemque eius
preter materiam speculatur. Amoveamus
igitur primi boni presentiam pau-
lisper ex animo, quod esse quidem constat idque
ex omnium doctorum indoctorumque sententia bar-
barumque gentium religionibus cognosci
potest. Hoc igitur paulisper amoto po-
namus omnia esse que sunt bona. atque
ea consideremus quemadmodum bona esse possent
si a primo bono minime defluxis-
sent. Hinc intueor aliud in eis esse quod 24
bona sunt, aliud quod sunt. Ponatur enim una
eademque substantia esse bona, alba, gravis,
rotunda. tunc aliud esset ipsa illa substantia,
aliud eius rotunditas, aliud color,
aliud bonitas. nam si hec singula idem
essent quod ipsa substantia, idem esset gravitas

que rotunditas

que colore quod bonum et bonum quod figuratas que si natura non sunt aliud quam tantum in eis esset esse aliud aliquid esset. At tunc bona quidem essent, esse tamen ipsum minime haberent bonum. Igitur si ullo modo essent non a bono ac bona essent, ac non idem essent quod bona sed eis aliud esset et esse aliud bona esse. Quod si nichil omnino aliud essent nisi bona neque gravia neque colorata neque spatii dimensione distenta nec ulla in eis qualitas esset, nisi tantum bona essent, tunc non res sed rerum uiderentur esse principium nec potius uiderentur sed uiderentur. Unum enim solumque est huiusmodi quod tantum bonum aliudque nichil sit. Quae quoniam non sunt simplicia nec esse omnino poterant nisi ea id quod solum bonum est esse uoluisset, quoniam esse eorum a boni est. Secundum uero bonum quoniam ex eo fluxit cuius ipsum esse bonum est ipsum quoque bonum est. Sed ipsum esse omnium rerum ex eo fluxit quod est primum bonum et quod bonum tale est ut recte dicatur in eo quod est esse bonum. Ipsum igitur eorum esse bonum est; tunc enim in eo quod essent, bona non essent si a bono primo non defluxisset. Qua in re soluta quaestio est. Idcirco enim licet in eo quod sint bona sint, non sunt tamen similia primo bono. Quoniam non quoquomodo sint res ipsum esse earum bonum est, sed quoniam non potest esse ipsum esse rerum nisi a primo esse defluxerit, id bono. Idcirco ipsum esse est bonum est. Nec simile est ei a quo est. Illud enim quoquomodo sit bonum est in eo quod est; non enim aliud est praeter quam bonum. Hoc autem nisi ab illo esset bonum fortasse esse posset, sed bonum in eo quod est esse non posset. Tunc enim participaret forsitan bono; ipsum uero esse quod non haberent a bono, habere non possent. Igitur ab his sublato bono primo mente et cogitatione ista, licet essent bona, tamen in eo quod essent bona esse non possent. Et quoniam actu non potuere existere nisi illud ea quod uere bonum est produxisset, idcirco et esse eorum bonum est et non est simile substantiali bono id quod ab eo fluxit. Et nisi ab eo fluxissent, licet essent bona, tamen in eo quod sunt bona esse non possent. Quoniam et praeter bonum et non ex bono essent, cum illud primum bonum summum est et ipsum esse sit et ipsum bonum. At non etiam alba in eo quod sunt alba esse oportebit ea quae alba sunt. Quoniam ex uoluntate dei fluxerunt ut essent alba minime. Aliud est enim esse et aliud albi esse. Hoc ideo quoniam qui ut essent effecit bonus quidem est, minime uero albus. Voluntate igitur boni comitatum est ut essent bona in eo quod sunt; uoluntate autem non albi non est comitata talis eius quidem proprietas ut esset album in eo quod est. Neque enim ex albi uoluntate defluxerunt. Itaque quia uoluit esse ea alba qui erat non albus, sunt alba tantum; quia uero uoluit ea esse bona qui erat bonus, sunt bona in eo quod sunt.

tunc

Idcirco ipsum esse eorum a boni uoluntate defluxit bona esse dicuntur et non bonum

Sed hanc ergo rem cetera oportet esse ius-
ta quoniam ipse iustus est qui ea esse vo-
luit. Sic et hec quidem nam bonum esse essen-
tiam, iustum vero actum respicit. Idem autem est
in eo esse quod agere. Nobis vero non est idem esse
quod agere. Non enim simplices sumus. Non
est igitur nobis idem bonos esse quod iustos.
Sed idem nobis est esse omnibus in eo quod su-
mus. Bona igitur omnia sunt, non etiam iusta.
Amplius bonum quidem generale est,
iustum vero speciale. Nec species descendit
in omnia. Idcirco alia quidem iusta,
alia aliud, omnia bona. Incipit
liber contra heuticen et nes-
torium.

Anxietate quidem diutiusque sus-
tinui ut de ea que in con-
ventu mota est questione loqueremur.
Sed quoniam et tu convenire nequires occu-
patione districtus es. Et ego in crastinum
constitutis negociis implicabar.
Mando litteris que coram loquendo
servaveram. Meministi enim cum in concilio
legeretur epistola, recitatum Eutichi-
anos ex duabus naturis Christum consis-
tere, in duabus negare. Catho-
licos vero utrique dicto fidem prebere.
Et ex duabus enim naturis consistere et in du-
abus apud vere fidei sectatores equa-
liter credi. Cuius dicti novitate per-
cussus harum coniunctionum que ex du-
abus naturis vel in duabus consisterent
differentias inquirebam. Multum scilicet refer-
re iam nec incurie negligentia
pretereundum quod est scriptor episto-
le tamquam valde necessarium preterire
noluisti. Hic omnes apertam esse
differentiam, nec quicquam in eo esse cali-
ginis inconditum confusumque strepe-
re nec ullus in tanto tumultu qui
leviter attingeret questionem, nedum
qui expediret inventus est. Ade-
ram ab eo quem maxime intueri
cupiebam longius atque ideo si situm
recorderis sedentium aversus pluribusque
oppositis ne si egerrime quidem cuperem
vultum nutumque eius aspicere potuissem.
Ex quo mihi aliqua eius darentur
signa iudicii. Atque ego quidem nichil
ceteris amplius afferebam, immo vero
aliquid etiam minus. Nam de proposita eque
nichil ceteris sentiebam. Minus vero quam
ceteri tum afferebam falsae scilicet scientie pre-
sumptionem. Tuli egerrime fateor et com-
pressusque indoctorum grege conticui
metuens ne iure viderer insa-
nus si sanus inter furiosos ha-
beri contenderem. Meditabar
igitur dehinc omnes animo questiones
nec deglutiebam quod acceperam
sed frequentis consilii iteratione rumi-
nabam. Tandem igitur patuit pulsanti
animo fores et veritas inventa que-
renti omnes nebulas eutichiani
reclusit herroris. Unde mihi ma-
xime subiit admirari quam

hec ideo hominum est audacia
qui inscientie uitium presumptionis
et inpudentie nube conentur ob
ducere. Cum non modo sepe id quod pro
natur ignoretur. uerum in huiusmodi
conditionibus
contentionibus ne id quidem quod ipsi lo
quantur intelligunt. quasi non deterior
fiat inscientia eorum dum tegitur. Sed ab illis
ad te transeo. cui hoc quicquid est
examinandum prius perpendendumque transmit
to quod si recte se habere pronunciaueris
peto ut mei nominis hoc quoque in
seras cartis. Sin minus vel minuendum
vel mutando
aliquid vel addendum est. vel aliqua ua
riatione uariandum est id quoque pro
uiso. meis remitti in exemplari
bus ita ut a te reuisa transscri
bantur. Que ubi ad calcem ducta
constiterint tum demum eius cuius soleo
iudicio censenda transmittam.
Sed quoniam semel res a collatione
transfertur ad stilum prius extrema quoque
contraria nestorii atque euticis sub
moueantur errores. post uero ad
iuuante deo christiane medietatem
fidei temperabo. Cum uero in tota
questione contrariarum sibimet heresium
De persona dubitatur atque na
turis. hec primitus diffinienda sunt
et propriis differentiis segreganda. Na
corporibus
tura igitur aut de solis corporibus dici
potest aut de solis substantiis. id est cor
poreis vel incorporeis. aut de omnibus
rebus que quocumque modo esse dicuntur. Cum igi
tur tribus modis dici possit tribus mo
dis sine dubio diffinienda est. Nam si
de omnibus rebus naturam dici placet. ta
lis diffinitio dabitur que res omnes que
sunt possit includere. Erit igitur huiusmodi. Natura
est earum rerum que cum sint quoquomodo
intellectu capi possunt. In hac igitur dif
finitione et accidentia et substantie diffiniuntur.
hec enim omnia intellectu capi possunt. Addi
tum uero est. quoquomodo quoniam deus et ma
teria integro perfectoque intellectu intelligi
non possunt. Sed aliquo tamen modo ceterarum
rerum priuatione capiuntur. Idcirco uero ad
iecimus. que cum sint quoniam et ipsum
nichil significat aliquid sed non tamen. Neque
enim quod sit aliquid sed potius non esse
significat. Omnis uero natura est. Et si de omnibus quidem
rebus dici naturam placet. hec sit na
ture diffinitio quam superius proposuimus.
Sin uero de solis substantiis natura dicitur
quoniam substantie omnes aut corporee aut
incorporee sunt dabimus diffinitionem
nature substantias significantis huiusmodi.
Natura est uel quod facere uel quod pati pos
sit. Pati quidem ac facere ut omnia cor
porea atque corporeorum anima. hec enim
in corpore et a corpore et facit et pati
tur. facere uero tantum ut deus ceteraque
diuina. Habes igitur diffinitionem eius quoque significa
tionis nature que tantum substantiis applicatur.
Qua in re substantie quoque est reddita dif
finitio. Nam si nomen nature substantiam

monstravit, cum unicuique descriptioni sua quaeque reddita esset descriptio. Quod si naturae nomen relictis incorporeis substantiis ad corporales usque contrahitur, ut corporeae tantum substantiae naturam habere videantur, sicut Aristoteles ceterique et eiusmodi et multimodae philosophiae sectatores putant, diffiniemus eam ut hi etiam qui naturam non nisi in corporibus esse posuerunt. Est autem eius diffinitio hoc modo: natura est motus principium per se non per accidens. Quod motus dixi principium hoc est, quoniam corpus omne habet proprium motum, ut ignis sursum, terra deorsum. Item quod per se principium motus naturam esse proposui et non per accidens, tale est, quoniam lectum quoque ligneum deorsum ferri necesse est, sed non deorsum per accidens fertur. Idcirco enim quia et ligneum est, quod est terra, pondere et gravitate deducitur. Non enim quia lectus est deorsum cadit, sed quia terra est, id est quia terrae contingit ut lectus esset; unde fit ut lignum naturaliter esse dicamus, lectum vero artificialiter. Est et alia significatio naturae per quam dicimus diversam esse naturam auri atque argenti, in hoc proprietatem rerum monstrare cupientes, quae significatio naturae diffinietur hoc modo: Natura est unamquamque rem informans specifica differentia. Cum ergo tot modis vel dicatur vel diffiniatur natura, tam catholici quam Nestorius secundum ultimam diffinitionem duas in Christo naturas esse constituunt; neque enim easdem in deum atque hominem differentias convenire. Sed de persona maxime dubitari potest, quaenam ei diffinitio possit aptari. Si enim omnis habet natura personam, indissolubilis nodus est, quaenam inter naturam personamque possit esse discretio; aut si non aequatur persona naturae, sed infra terminum spatiumque naturae persona consistit, difficile dictu est ad quas usque naturas persona perveniat, id est quas naturas conveniat habere personam, quas a personae vocabulo segregari. Nam illud quidem manifestum est personae subiectam esse naturam nec praeter naturam personam posse praedicari. Investigandum igitur haec inquirentibus hoc modo: quoniam praeter naturam non potest esse persona, quoniamque naturae aliae sunt substantiae, aliae accidentes, et videmus personam in accidentibus non posse constitui (quis enim dicat ullam albedinis vel nigredinis vel magnitudinis esse personam?), relinquitur ergo ut personam in substantiis dici conveniat. Sed substantiarum aliae sunt corporeae, aliae incorporeae. Corporearum vero aliae sunt viventes, aliae minime; viventium aliae sunt sensibiles, aliae minime; sensibilium vero aliae rationales, aliae irrationales. Sed rationalium vero alia est inmutabilis, alia impassi-

Item corporearum aliae sunt rationales, aliae minime ut pecudum vitae.

Corporearum aliae sunt rationales, aliae minime ut pecudum vitae.

Cum

bilis per naturam ut deus. Alia per creati
onem mutabilis atque passibilis
nisi impassibilis gratia substantie ad impas
sibilitatis firmitudinem permutetur
ut angelorum atque anime. Ex quibus omnibus
neque in non viventibus neque in non viventibus cor
poribus personam posse dici manifestum est.
Nullus enim lapidis ullam dicit esse per
sonam. Neque rursus eorum viventium
que sensu carent. Neque enim ulla perso
na est arboris. Nec vero eius que in
tellectu et ratione caret. Nulla est enim perso
na equi vel bovis ceterorumque animalium
que muta ac sine ratione vitam solis sen
sibus degunt. At hominis dicimus
esse personam. dicimus dei. dicimus an
geli. Rursus substantiarum alie sunt univer
sales alie particulares. Universales
sunt que de singulis predicantur ut homo ani
mal lapis lignum. Ceteraque huius
modi que vel genera vel species sunt. Nam
et homo de singulis hominibus et animal
de singulis animalibus. lapisque ac lig
num de singulis lapidibus ac lignis

de singulis lignis

dicuntur. Particularia vero sunt que de aliis
minime predicantur. ut cicero
plato. lapis hic. unde hec achillis
statua facta est. lignum hoc unde hec
mensa composita est. Sed in his omnibus
nusquam in universalibus persona dici
potest sed in singularibus tantum atque in individu
is. Animalis enim generalis hominis nulla perso
na est. sed vel ciceronis. vel platonis.
vel singulorum individuorum persone singule
nuncupantur. Quocirca si persona in solis
substantiis est. atque in his rationabilibus
substantiaque omnis natura est. nec in universa
libus sed in individuis constat. reperta
persone est diffinitio. Persona est nature rationabilis
individua substantia. Sed nos hac diffiniti
one eam quam greci ynoc-Θ-ac-in
dicunt terminavimus. Nomen enim persone
videtur aliunde traductum. Ex his scilicet
personis que in comediis tragediisque
eos quorum interest homines representa
bant. Persona vero dicta est a personando cir
cumflexa penultima. Quod si acuatur
antepenultima apertissime a sono dicta
videbitur. Idcirco autem a sono quia con
cavitate ipsa maior necesse est vol
vatur sonus. Greci quoque has personas pro
pa vocant ab eo quod ponantur in
facie atque ante oculos obtegant vultum.
itapa-ΘOV. npoc-ΘOV. onac.
Θetein. Sed quoniam personis inductis
ystriones individuos homines
quorum intererat in tragedia vel in come
dia ut dictum est representabant. id est he
cubam vel medeam vel symonem. vel
cremetem. Idcirco ceteros quoque homines
quorum certa pro sui forma esset agnitio.
et latini personam et greci prosopa nun
cupaverunt. Longe vero illi signatius
nature rationabilis individuam substantiam
ynoctacewc nomine vocaverunt.
Nos vero per inopiam significantium vocum

translatiuam retinuimus nuncupationem. eam quam illi YPOSTASIN dicunt personam uocantes sed peritior grecia sermonum YPOSTASIN uocat indiuiduam substantiam. atque ut greca utar quod etiam in rebus quas agis agitata latina multo prestantius translatus est. AI · OYCIAI · EN · MEN · TOIC KAΘOΛOI KOIC E NAI · ΔYNANTAI · EN · ΔE · ΘOIC NAΓA A ME POC MONOIC · YΦYETANTAI · id est essentie in uniuersalibus quidem esse possunt in solis uero indiuiduis et particularibus substant. Intellectus enim uniuersalium rerum ex particularibus sumptus est. Quocirca cum ipse subsistentie in uniuersalibus quidem sint. in particularibus capiant substantiam iure subsistentias particulariter substantes YPOSTASEIS appellauerunt. Neque enim pensius subtiliusque intuenti idem uidebitur esse subsistentia quod substantia. Nam quod greci OYCIOCIN . uel OYCIACTAI dicunt id nos subsistentiam uel subsistere appellamus. Quod uero illi YPOSTASIN . uel YPOSTACTAI id nos substantiam uel substare interpretamur. Subsistit enim quod ipsum accidentibus ut possit esse non indiget. Substat autem id quod aliis accidentibus subiectum quoddam ut esse ualeant subministrat. Sub illis enim stat dum subiectum est accidentibus. Itaque genera uel species subsistunt tantum.

Neque enim accidentia generibus speciebus ue contingunt. Indiuidua uero non modo subsistunt uerum etiam substant. nam neque ipsa indigent accidentibus ut sint. Informata enim sunt iam propriis et specificis differentiis et accidentibus ut esse possint ministrant dum sunt scilicet subiecta. Quocirca EINAI id est esse atque OYCIACTAI subsistere intelligitur esse atque subsistere. YPOSTACTAI uero substare. Neque enim uerborum inops grecia ut marchus tullius alludit. sed essentiam subsistentiam substantiam personam totidem nominibus reddit essentiam quidem OYCIAN . subsistentiam uero OYCIOCIN . substantiam YPOSTASIN personam PROSOPON appellans. Ideo autem YPOSTASEIS greci indiuiduas substantias uocauerunt quoniam ceteris subsunt et quibusdam quasi accidentibus supposite subiecteque sunt. Atque idcirco nos quoque substantias nuncupamus quasi suppositas quas YPOSTASEIS. Cumque et prosopa nuncupent easdem substantias possumus nos quoque nuncupare personas. Idem est ergo OYCIAN esse quod essentiam OYCIOCIN quod subsistentiam. idem YPOSTASIN quod substantiam. idem PROSOPON quod personam. Quare autem de irrationabilibus animalibus

grecus ypostasin. quod substantiam. i.
prosopon. quod personam. ut dicat sic
nos decenter nomi substantie predicam.
hoc idem. quoniam nomen hoc melioribus
applicatum est ut aliquid quodammodo genere
excellentius tantum et si non describitur
nature sed id quod ypostasis et est
Est quidem et hominis essentia id est ou
sia. atque subsistere est. ac certe y
postasis ut substantie vocabulis
discerneret. Est quidem et hominis
quidem essentia. id est ousia et subsis
tentia. id est ousiosis et ypostasis
id est substantia. et prosopon. i. persona. ousia
quidem atque essentia. quoniam est ousio
sis atque subsistentia. quoniam in nullo
subiecto est. ypostasis. uero atque sub
quod substat ceteris que substantie non sunt. id
ouei v ceie. cit. npo conon at
que persona quoniam est rationale individuum.
deus quoque et ousia est et essentia. est enim
et maxime ipse est a quo omnium esse pro
ficiscitur. est ousiosis. i. subsistentia.
Subsistit enim nullo indigens
et ypostasis. substat enim. unde etiam
dicimus unam esse ousian. vel ousiosin.
i. essentiam. vel subsistentiam deitatis.
Sed tres ypostases. i. tres substantias.
et quidem secundum hunc modum dixere unam
trinitatis essentiam tres substantias
tresque personas. Nisi enim tres in deo
substantias ecclesiastice loquendi usus exclu
deret. videretur idcirco de deo dici

substantia. Non quod ipse ceteris rebus quasi sub
iectum supponeretur. sed quod idem omnibus
uti preesset ita etiam principium sub
esset rebus dum eis omnibus ousiactai
vel subsistere subministrat. Sed hec omnia
idcirco sint dicta ut differentiam nature atque
persone. i. ousiac. atque ypoceace
oc. monstraremus. Quo vero nomine un
umquodque oporteat appellari eccle
siastice sit locutionis arbitrium.
hoc interim quod constet inter naturam
personamque differre prediximus. quoniam
natura est cuiuslibet substantie specificata pro
prietas. persona vero rationabilis nature
individua substantia. hanc in christo nes
torius duplicem esse constituit. eo
scilicet traductus errore quod putaverit
in omnibus naturis dici posse personam.
hoc enim presumpto quoniam in christo du
plicem naturam esse censebat duplicem
quoque personam esse confessus est. Qua
in re eum falsum esse cum diffinitio superius
dicta convincat. tum hec argumentatio evi
denter eius declarabit errorem. Si enim
non est christi una persona. duasque na
turas esse manifestum est hominis
scilicet atque dei. nec tam erit insipiens
quisquam. qui utramlibet earum a se
iungat. sequitur ut due videantur
esse persone. Est enim persona ut dic
tum est nature rationalis individua sub.
Que est igitur facta hominis deique coniunctio.
Num ita quasi cum duo corpora sibi

niet apponitur ut tamen lectis iunc
ta sint et nihil in alterum ex alterius qua
litate perveniat quam coniunctionem mo
do greci kata parathesin vocant.
sed si ita humanitas divinitati coniuncta
est nihil horum ex utrisque confectum est ac per
hoc nihil est christus. Nomen quippe ipsum
unum quiddam significat singularitate voca
buli. At si duabus personis manentibus
hec coniunctio est qualem superius di
ximus ita est naturarumque unum ex duobus
effici nihil potuit. omnino enim ex duabus
fieri personis nihil umquam potest. nihil igitur
unum secundum nestorium christus est. ac per hoc omnino
nihil. Quod enim non est unum nec esse omnino
potest. esse enim atque unum convertitur et quod
aliud cumque unum est est. etiam ea que ex
pluribus coniunguntur ut acervus chorus
unum tamen sunt. Sed esse christum manifeste
ac veraciter confitemur. unum igitur esse dicimus
christum. Quod si ita est unam quoque christi sine ulla
dubitatione personam esse necesse est. nam si
due persone essent unus esse non posset
duos vero esse dicere christos nihil est aliud
nisi pre cecitate mentis insania. Cur
enim omnino duos audeat vocare christos
unum hominem alium deum. vel cur eum
qui deus est christum vocat si eum quoque qui
enim homo est christum est appellaturus. Cum ne
hil simile nihil habeant ex copulatione
coniunctum. cur simili nomine diversissimis
abutatur naturis. Cum si christum diffi
nire cogitur utrisque ut ipse dicit
christi non possit unam diffinitionis adhi
bere substantiam. Si enim dei atque ho
minis diversa substantia est unumque in
utrisque christi nomen nec diversarum
coniunctio substantiarum unam credit fecis
se personam. equivocum nomen est christi
et nulla potest diffinitione concludi. Qui
bus autem umquam scripturis nomen christi geminatur.
quid vero novum per adventum salvato
ris effectum est. nam catholicis
et fidei veritas et raritas miraculi
constat. Quam enim magnum est quamque
novum quam quod semel et nullo alio
seclo possit evenire ut eius qui solus
deus est natura cum humana que ab eo erat di
versissima conveniret. atque ita ut ex
distantibus naturis una fieret copu
latione persona. Secundum vero sententiam quid nestorii
contingit novi. Servant inquit proprias
humanitas divinitasque personas. quando
enim non fuit divinitatis propria humani
tatisque persona. Quando vero non erit. vel
quid amplius in ihesu generatione contigit
quam in cuiuslibet alterius. Si discretis
utrisque personis discrete etiam fuere
nature. ita enim personis manentibus
illic naturarum potuit esse coniunctio. nulla
ut in quolibet homine cuius cum propria per
sona substitit nulla est ei excellen
tissime substantie coniuncta divinitas. Sed
fortasse ihesum id est personam hominis
idcirco christum vocet quoniam per eam
miranda quedam sit operata divinitas.

Christo. Deum vero ipsum christi appellatione cur vocet. Cur vero non elementa quoque ipsa simili audeant appellare vocabulo. per que deus mira quedam cottidianis motibus operatur. An quia intellegibiles ille non possunt habere personam que christi vocabulum excipere possint. Non ne visus hominibus ac pietate conspicuis aptus divinitatis actus agnoscatur. Nichil ei inferius est. cur non sanctos quosque viros eadem appellatione dignetur. si in assumptione humanitatis non est una ex coniunctione duarum naturarum persona. Sed dicitur forsitan illos quidem christos vocari fateor. sed ad ymaginem veri christi. Quod si nulla ex deo atque homine una persona coniuncta est. omnes ita nos christos arbitramur ut hunc qui ex virgine genitus creditur. Nulla quippe in hunc adunata persona est ex deo atque hominis copulatione. Sicut nec in eis qui dei spiritu de vero venturo christo predicabant. propter quod etiam ipsi quoque appellati sunt christi. Iam vero sequitur ut personis manentibus nullo modo a divinitate humanitas credatur assumpta. Omnino enim disiuncta sunt que eque personis naturisque separantur. Diversus inquam disiuncta sunt nec magis inter se homines bovesque disiuncti. quam divinitas in christo humanitasque discreta est. si mansere persone. Homines quippe ac boves una animalis communitate iunguntur. Est enim secundum genus communis substantia illisque eademque ac boves in universitatis collectione natura. Deo vero atque homini quid non erit diversa ratione disiunctum. si in diversitate nature personarum quoque creditur mansisse discretio. Non est igitur salvatum genus humanum. Nulla in nos salus christi generatione processit. tot prophetarum scripture populum inlusere credentium. omnis veteris testamenti spernatur auctoritas per quam salus mundo christi generatione promittitur. Non enim provenisse manifestum est. si eadem in persona est que innata divinitas. Eundem quippe salvum fecit. quem creditur assumpsisse. Nulla vero intelligi assumptio potest. si manet eque nature personeque discretio. Igitur qui assumi manente persona non potuit. iure non videbitur per christi generationem potuisse salvari. Non igitur per generationem christi hominum salvata natura est. quod credi nephas est. Sed quamquam permulta sint que hunc sensum inpugnare valeant atque perstringere de argumentorum copia. tamen hec interim libasse sufficiat. Transeundum quippe est ad eutychen qui cum a veterum orbitis esset evagatus in contrarium cucurrit errorem. asserens tantum abesse ut in christo gemina

persona credatur ut ne naturam
quidem in eo duplicem oporteat con-
fiteri. Ita quippe esse assumptum
hominem ut ea sit facta adunatio
cum deo ut natura humana non manserit.
Huius error ex eodem quo nestorii fonte
prolabitur. Nam sicut nestorius arbi-
tratur non posse esse naturam duplicem quin
persona fieret duplex atque ideo cum
in christo naturam duplicem confiteretur duplicem
credidit esse personam. Ita quoque eutiches
non putavit naturam duplicem esse perso-
nam sine duplicatione personae et cum non
fateretur duplicem esse personam arbitratus
est consequens ut una videretur esse
natura. Itaque nestorius recte tenens
duplicem in christo esse naturam sacrilege
confitetur duas esse personas. Euty-
ches recte credens unam esse personam
impie credit unam quoque esse naturam. Qui
convictus evidentia rerum. Quoniam quidem ma-
nifestum est aliam naturam esse hominis
aliam dei. ait duas se confiteri naturas
ante adunationem. unam vero post adu-
nationem. Quae sententia non aperte quid velit
eloquitur. Ut tamen eius dementiam perscrute-
mur. Adunatio haec aut tempore resurrectionis
aut tempore generationis facta est. Sed si
tempore generationis facta est videtur putare
et ante generationem fuisse humanam car-
nem non a maria sumptam sed aliquo
modo alio praeparatam. Mariam vero virgi-
nem appositam ex qua caro nasceretur

quae ab ea sumpta non esset. Illam vero
carnem quae antea fuit esse et diversam
atque adunationis substantia separatam.
Cum ex virgine natus est adunatam
esse deo ut una videretur facta esse una
post adunationem. Sed adunatio
generatione perfecta est natura vel si haec ex-
istimatio non est illa esse poterit dicentis du-
as ante adunationem. unam post
adunationem. Sed adunatio genera-
tione perfecta est ut corpus quidem a ma-
ria sumpsit. sed antequam sumeret diver-
sam deitatis humanitatisque fuis-
se naturam. Sumptam vero unam fac-
tam atque in unitatis cessisse substantiam.
Quod si hanc adunationem non pu-
tat generatione sed per resurrectionem factam rursus
id duobus fieri arbitratur modis.
Aut enim genito christo et non adsumente
de maria corpus aut adsumente ab
eadem carnem usque dum resurgeret
quidem duas fuisse naturas post
resurrectionem unam factam de qui-
bus illud disiunctum nascitur quod inter-
rogabimus. Natus ex ma-
ria christus aut ab ea carnem huma-
nam traxit aut minime. Si non
confitetur ex ea traxisse dicat
quo homine indutus advenerit
utrumne eo qui deciderat praevari-
catione peccati an alio. Si eo de cuius
semine ductus est homo quem
vestita divinitas est. Nam si ex se

Caro omnis humana ex humana carne peducta est. Si sic, Christus dixit hominem.

caro eius humana ex humana carne peducta est. si sic ... hominem.

tiue

xpc

mine abrahe. atque dauid et postre
mo marie. non fuit caro illa qua
natus est. ostendit ex cuius hominis sit
carne deriuatus. Quem post primum ho
minem a quo generatio sumpta sit saluatoris. preter mariam
uirginem et ipse errore consideret
et ad scribere mendaci notam sumam
diuinitati illusionem. ipse uidebitur.
Quoniam quod abrahe atque dauid promittitur
uersus dominatoribus. ut ex corpore se
mine totius mundi salus oriatur
aliis distribuitur. Cum proserimus si
humana caro sumpta est non ab alio se
mine potuit. nisi unum est peccabatur.
Si ergo a maria non est sumptum corpus
humanum sed a quolibet alio preter ma
riam tamen est peccatum. quod fuerit
preuaricatione corruptum. Superius
dictum repellitur argumento. Quod sum
eo homine indutus est. qui pro peccati
pena sustinuit mortem. ut deberet
uiuere. ex nullius hominis sese talem po
tuisse nasci qui fuit sine origi
nalis pena peccati. Ex nullo ergo talis
sumpta est caro. unde fit ut noua
uideatur esse formata. Sed hec
autem ita hominum uisa est oculis ut
humanum putaretur corpus quod uere
tamen non esset humanum. Quippe quod
nulli originali sibi iaceret pene.
aut noua quedam illa. nec pene
peccati sibi iacens originalis ad tantum hominis
uatum formata est. Si uero hominis corpus
non fuit aperte arguitur mentita diuini
tas que ostenderet hominibus corpus.
Quod cum uerum non esset tamen fallentis hu
qui uerum arbitrarentur. At si noua
uatque non ex homine sumpta caro. formata
est. quo uero tanta tragedia passionis. uel
ambitus passionis. Ego quippe ne
in homine quidem stulte si puto quod uim
uirtutem suam et ad quam uo utilitatem. sta
probabitur tanta humilitas diuinitatis
uel homo qui patitur grauiter ac passione
christi saluatoris non est quem negat assump
tus. Rursus ergo sicut abecede foto
nestorii. eutitis errore principium
sumpsit. ita ad eandem finem relabitur.
Ut scilicet eutichen quod non sit saluatum
genus humanum. quam non hiisque egeret.
esset et saluator curamque egeret et as
sumptus est. Extitisse autem hanc sectam
uidetur. sed tamen hi erroris sunt. ut cre
deret non fuisse corpus christi. uel ex homine
sed extra atque id est in celo formatum. quod
cum eo in celum creditur ascendisse.
Quod exemplum continet tale. non
ascendit in celum nisi qui descendit
de celo. Sed satis de ea parte dictum
uidetur. si corpus quod christus excepit ex
maria non credatur assumptum.
Si non assumptum est ex maria
uirgine in permansit perfecta hu
mana diuinaque natura. id
tribus potuit effici modis. aut

cum divinitas in humanitatem trans-
lata est aut humanitas in divinita-
tem aut utraeque in se ita temperantur
et atque miscentur ut neutra substantia propriam
formam teneat. Sed si divinitas in huma-
nitatem translata est, factum est quod credi
nefas est ut humanitate inmuta-
bili substantia permanente divinitas verteretur
et quod passibile atque mutabile na-
turaliter existeret id inmutabile
permaneret. Quod vero inmutabile at-
que inpassibile naturaliter creditur
id in rem mutabilem verteretur. Hoc
igitur fieri nulla ratione contingit. Sed hu-
mana forsitan natura in deum
conversa videatur esse. Hoc vero quonam modo
fieri potest? Non enim omnis res in rem
omnem verti ac transmutari potest.
Nam cum substantiarum aliae sint corporeae aliae
incorporeae, neque corporea in incor-
poream, neque incorporea in eam quae corpus est
mutari potest, nec vero corporea in se
invicem formas proprias mutant.
Sola enim mutari transformarique
in se possunt quae habent unius materiae
commune subiectum, nec haec omnia sed ea quae in
se et facere et pati possunt. Id vero probatur
hoc modo. Neque enim potest aes in lapi-
dem permutari nec vero idem aes in her-
bam nec quodlibet aliud corpus in quodlibet aliud
transfigurari potest nisi et eadem
sit materia rerum in se transeuntium et a se
et facere et pati possint. Ut cum vinum

rerum

atque aqua miscentur utraque sunt tali-
a quae actum sibi passionemque communi-
cent. Potest enim aquae qualitas
a vini qualitate aliquid pati.
Potest item vini ab aquae qualitate
aliquid pati. Atque idcirco si multum
quidem fuerit aquae, vini vero pau-
lulum, non dicuntur inmixta, sed alterum
alterius qualitate corrumpitur. Si quis
enim vinum fundat in mare, non mix-
tum est mari vinum sed in mari
corruptum, idcirco quoniam qualitas
aquae multitudine sui corporis
nihil passa est a qualitate vini,
sed potius in se ipsam vini qualitatem
propria multitudine commutavit.
Si vero sint mediocres sibique aequales
vel paulo inaequales naturae quae a se
facere possunt et pati, illae miscentur
et mediocribus inter se qualitatibus
temperantur. Atque haec quidem in corporibus
neque his omnibus, sed tantum quae a se
ut dictum est et facere et pati possunt
communi atque eadem materiae subiecta. Omne
enim corpus quod in generatione et corrup-
tione subsistit communem videtur
habere materiam. Sed non omne ab
omni vel in omni vel facere aliquid
vel pati potest. Corporea vero in incor-
porea nulla ratione poterunt permu-
tari, quoniam nulla communi materia subiec-
ta participant quae susceptis qua-
litatibus in alterutrum commutetur.

qualitas

Quorum nec ea quidem quae communem materiam habent in se transire valent nisi illis assit —

nullo ergo modo

Omnis enim natura incorporee substantie nullo innititur fundamento materie. Nullum vero corpus est cui non sit materia subiecta. Quod cum ita sit potestas mutue et a se faciendi ac patiendi, multo magis ipse non permutabuntur quibus non modo communis materia non est, sed cum alia res materie fundamento nititur ut corpus, alia omnino materie subiecto non egeat ut incorporeum. Nec igitur fieri potest ut corpus in incorporalem speciem permutetur. Non ergo fieri potest ut incorporalia in se se commixtione aliqua permutentur. Quorum enim communis nulla materia est nec in se verti ac permutari queunt. Nulla autem est incorporalibus materia rebus. Non poterunt in se igitur invicem permutari. Sed anima et deus incorporee substantie esse creduntur. Non est ergo humana anima in divinitatem a qua assumpta est permutata. Quod si neque corpus in animam neque in divinitatem potuit verti, nullo modo fieri potuit ut humanitas converteretur in deum. Multo minus vero credi potest ut utraque inter se confunderentur. Cum neque incorporalitas transire ad corpus possit nec rursus e contrario corpus ad incorporalitatem, quandoquidem nulla his materia subiecta communis est que alterutris substantiarum qualitatibus permutetur. At hi ita aiunt ex utrisque quidem naturis Christum consistere, in utrisque vero minime. Hoc scilicet intelligentes, quoniam quod ex aliquibus naturis consistit ita unum fieri potest ut illa ex quibus dicitur constare non maneant. Veluti cum mel aque confunditur neutrum manet, sed alterum alterius copulatione corruptum quiddam tertium fecit. Ita illud quod ex melle atque aqua tertium fit constare ex utrisque dicitur, in utrisque vero negatur. Non enim poterit in utrisque constare quamdiu utraque natura non permanet. Ex utrisque enim constare potest licet ea ex quibus coniungitur alterius qualitate corrupta sint. In utrisque vero huiusmodi constare non poterit, quoniam ea que in se transfusa sunt non manent, ac non sunt utraque in quibus constare videtur, cum ex utrisque constet in se invicem qualitatum mutatione transfusis. Catholici vero utrumque rationabiliter confitentur, nam et ex utrisque naturis Christum et in utrisque consistere. Sed id quare dicatur paulo posterius explicabo. Nunc illud est manifestum convictam esse Eutychis sententiam eo nomine quod cum tribus modis fieri possit ut ex duabus naturis una subsistat, ut aut divinitas in humanitatem translata sit, aut humanitas in divinitatem, aut utraque permixta sint,

nullo modo fieri potuisse superius dicta argumentatione declaratur. Restat ut quemadmodum fides catholica dicat et in utrisque naturis christum et ex utrisque consistere doceamus. Ex utrisque naturis aliquid consistere duo significat. Unum quidem cum ita dicimus aliquid ex duabus naturis iungi sicut ex melle atque aqua. Id autem est ut ex naturis quolibet modo confusis vel si una vertatur in alteram vel si utraeque in se invicem misceantur nullo modo tamen utraeque permaneant. Secundum hunc modum eutyces ait ex utrisque naturis christum consistere. Alter vero modus est ex utrisque consistendi quod ita ex duabus iunctum est ut illa tamen ex quibus dicitur coniunctum esse maneat neque in alterutrum vertantur ut cum dicimus coronam ex auro gemmisque compositam. Hic enim neque aurum in gemmas translatum est neque in aurum gemma conversa sed utraque permanent neque formam propriam derelinquunt. Talia ergo ex aliquibus constantia et in his constare dicimus ex quibus consistere praedicantur. Tunc enim possumus dicere coronam gemmis aurumque consistere. Sunt enim gemmae atque aurum in quibus corona consistat. Nam in priore modo non est mel atque aqua in quibus illud quod ex utrisque iungitur constet. Cum igitur utrasque manere naturas in christo fides catholica confiteatur perfectasque easdem consistere nec alteram in alteram transmutari iure dicit et in utrisque naturis christum et ex utrisque consistere. In utrisque quidem quia manet utraque, ex utrisque vero quia utriusque adunatione manentium una fit persona. Non autem secundum eam significationem ex utrisque naturis christum iunctum fides catholica tenet secundum quam eutyces pronuntiat. Nam ille talem significationem coniunctionis ex utrisque naturis sumit ut non confiteatur in utrisque consistere neque enim utrasque manere. Catholicus vero eam significationem ex utrisque consistendi sumit que illi sit proxima eamque conservet que in utrisque consistere confitetur. Equivocum igitur est ex utrisque consistere ac potius amphibolum et gemina significatione designans. Una quidem significans non manere substantias ex quibus illud quod copulatum est dicitur esse coniunctum. Alio modo significans ita ex utrisque coniunctum ut utraque permaneant. Hoc igitur expedito equivocationis atque ambiguitatis nodo. Nichil est ultra

Multiplex quidem modus ex duobus consistere significat

gemma

credit

diversa

non

cum

eundem esse Christum hominem sit perfectum et deum verum esse deum

quod possit opponi quia id sit quod fir
ma veritate fides catholica con
tinet. eundem Christum hominem esse
perfectum eundem deum ac dei filium
nec quaternitatem trinitati adstrui.
dum homo additur supra perfectum deum. sed unam
eandemque personam numerum trinitatis ex
plere. ut cum humanitas passa sit deus
tamen passus esse dicatur. non quod ipsa
divinitas humanitas facta sit. sed quod a di
vinitate fuerit assumpta. Item qui homo est
dei filius appellatur non substantia divinita
tis sed humanitatis que tamen divini
tati naturali unitate coniuncta est.
Et cum haec ita intelligentia discer
nantur permisceanturque tamen idem
et homo sit perfectus et deus. deus quidem quod
ipse sit ex patris substantia genitus. homo vero
quod ex maria virgine sit pro
creatus. Itemque qui homo deus est eo quod
a deo fuerit assumptus. et quod deus homo
quoniam vestitus homine sit. Cumque in
eadem persona. aliud sit divinitas
que suscepit. aliud quam suscepit
humanitas idem tamen deus atque homo est.
Nam si hominem Christum intelligas
idem homo atque deus. quoniam homo ex
natura quia assumptus est a deo
deus assumptione. Si vero deum
intelligas. idem deus est quoniam natura
deus est homo assumptione. Fitque in eo
gemina natura. geminaque substantia
quoniam homo deus. unaque persona quoniam

una

est et

idem homo atque deus. Mediaque est haec
inter duas hereses via. sicut
virtutes quoque medium tenent.
Omnis enim virtus in medio rerum
decore locata consistit. Si quid enim
vel ultra vel infra quam oportuerit
fiat a virtute discedit. Medie
tatem igitur virtus tenet. Quo
circa si quattuor haec vel ultra se pos
sunt ut in Christo aut due nature
dueque persone. ut nestorius ait.
aut una persona. unaque natura
ut eutiches ait. aut due nature
sed una persona. ut catholica fides
credit. aut una natura dueque per
sone. Cumque duas quidem naturas
duasque personas in ea que contra
nestorium dicta est responsione
convicimus. unam vero personam unamque
naturam esse non posse eutyche sponte
monstravimus. Neque enim tam amens quisquam
quam huc usque extitit ut unam
in eo naturam crederet. sed geminas
esse personas. Restat ut ea sit vera
quam fides catholica pronuntiat
geminam substantiam sed unam esse perso
nam. Quia vero paulo ante diximus
eutychen confiteri duas quidem in Christo
ante adunationem naturas. unam vero
post adunationem. Cumque hic erro
rem duplicem interpretaretur ce
lare sententiam. ut haec adunatio
aut generatione fieret cum

ee

quoniam nullus combinationem hereticus invenit

Simul

ex maria corpus hominis minime
sumeretur. aut sumptum quidem
ex maria corpus per resurrectionem
fieret ad nihilatio. de utrisque quid
partibus idoneus arbitror dispu
tatum est. Nunc querendum est quomodo
fieri potuit ut due nature in unam
substantiam miscerentur. Verum tamen est et ista
et alia questio que ab his inferri
potest. qui corpus humanum ex maria
sumptum esse non credunt. Sed animas
fuisse sequestratum spiritualisque gratia adu
nationem ex marie utero gigni ac
proferri uideretur. Aiunt enim. Si
ex homine sumptum est corpus christi
ab illo omnis ex prima preuari
catione non solum peccato et morte tene
batur uerum etiam affectibus peccatorum erat
implicatus. ea que illi fuit pena pec
cati. ut cum morte teneretur
obstricta. tamen ei uisum est etiam uolup
tate peccandi. Cur in christo neque
peccatum fuit nec uoluntas illa
peccandi. Et ideo hec anima aduten
dam dubitationem talis questio.
Si enim ex carne humana christi
corpus assumptum dubitari potest
quenam caro hec que assumpta
sit esse uideatur. Eam quippe salua
uit quam etiam assumpsit. Quod
si talem hominem assumpsit qualis a
dam fuit ante peccatum. integram ui
detur humanam assumpsisse non

Sed eam que medicina penitus
non egebat. Quomodo autem
fieri potest ut talem assumpsit homi
nem qualis adam fuit ante peccatum
integram uidetur humanam. cum in
adam potuit esse peccandi uolun
tas. atque affectio. unde factum est ut
etiam pregressis diuinis preceptis
mole crescente delictis teneretur
affectus. In christo uero nec uolun
tas quidem ulla creditur fuisse pec
candi. cum preterea si tale corpus
homo assumpsit quale ade ante
peccatum fuit. non debuit esse mortale
quoniam adam si non peccasset mortem
nullam utique sensisset. Cum ergo christus non
peccauit querendum est cur sense
rit mortem. si ade corpus antequam
peccaret assumpsit. Quod si talem
statum suscepit hominis qualis ade
post peccatum fuit. uideretur etiam
christo non defuisse necessitas. et ut
delictis subiceretur et passionibus
confunderetur obductusque iudicii
regula tonum carnalis non since
ra integritate discerneret. Qui
has omnes penas adam delicti
preuaricatione suscepit. Ad
quod respondendum est. intelligitur
hominem esse statim unum quid ante
delictum in quo tamen et si ab eo mors
aberat nec adhuc se ullo
delicto polluat. poterat tamen et

adam
xpc
ade

tunc .n. addend° for; ut nb m̄ . n̄ peccaret aut velle; s; ne p̄ster qualiter .

eo uolutas ee peccādi . Alt̄ i quo
muta(ri) nō potuisset si firmit̄ i dei
pceptis manere uoluisset quidē
aut peccare aut uelle dlinquere.
Tertius stat᷒ est p̄ delictū i quo
mors illū nccīo subsecuta ē et
pctm̄ ꝗ̄m uolutasq; pcc̄i. Ex
sūmutatū atq; ꝯtrarioꝵ h lo
ca sunt. In statu sc̄ qui p̄mū
eēt . si i precepto dī adā mane
uoluisset . ⁊ is qui post fuit . qm̄
manere noluit . In illo ei nec
mors esset nec pctm̄ . nec uolu
tas ulla peccādi . In hoc u̇ et
mors ⁊ pctm̄ . ⁊ delinquendi
oīs affectio . Utraq; in p̄uncie
p̄na nec quicq̄ ui se op̄is ha
bentia ut post lapsū posset.
assurgere . Ille uero medi᷒
status in quo p̄sentia quidē
mortis ul' peccādi aberat . po
testas u̇ utriusq; cōstabat . int̄
collocatus . utriusq; statū ē locat᷒ . Ex his
g° tribus statib; suū xp̄c corporis
quedam . nature singl'as indidit cels
situm . qd̄ mortale corp᷒ assūp
sit ut mortē agere humano
fugaret . In eo statu posid᷒ est
qui post ade p̄uaricationem
penalit̄ institutus est . Qd̄ uo
n̄ fuit i eo uolutas ulla peccā
di . ex eo sumptū est statu q̄
esse potuisset ante uolūtatem

insidiantis fructib; applicatū.
Restat igitur tcius status . i . me
dius ille . s . qui eo t̄pr̄ fuit ē nec
mors ada . et adē pc̄ . delinquendi uolūtas.
In h̄ g° adā tal' fuit . ut manducaret
⁊ biberet ut accepta diligenti ut
laberet insompnū ⁊ alia q̄ ei n̄
defuerūt quid s; cōcessa . ⁊ ā nul
humana . la penā mortis iferret . q̄ oīa hum̄
se xp̄m dubiū n̄ ē . sā ⁊ mādu
cauit ⁊ bibit . ⁊ humanū corpis offo
fuit ē est . Neq; ei tanta idigē
cia i adā fuisse credēdū ē . ut n̄
manducasset uiuē n̄ potuisset.
S; si ex omī quod lingno escā
sumpset semp uiuē potuisset . ⁊ i
⁊ immor . Ideirco p̄acllisit fructib;
idigentiā explebat . q̄ idigentiā
fuisse i s̄ mull' ignorat . s; potiā
te n̄ ueuitate ⁊ ipā indigentia
anī ⁊ r̄nē i eo fuit . post r̄r̄ ne ta
lis exciti . ut ita illd᷒ corꝰ imm
taretur hūanū . sicut ade p̄t
preuaricationis uinculū mu
tari potuisset . Qd̄ q; nos ipse
dns ihc xp̄c docuit uotis op̄ari
re . ut fiat uolūtas ei' sic i celo
⁊ i t̄rra . ⁊ ut adueniat ei regnū
oīa bona . ⁊ nos liber a malo . h ēi uniūsā
humā gn̄is fidelit̄ credentiū imu
fieri . to deprecatur . hec sr̄ q̄ adte defi
di mee credulitate scripsi q̄ ire
siquid p̄peram dcm̄ est . ui ita m̄

amatori mei, ut ea que scripsi me
quod effuderim melioris sententie animi fra-
terne contendam. Si enim nichil est extra
bonum est nichil. quod universis summus
amare debeamus. Quod si ex illa
cuncta sunt bona que solus est bonus
illud potius bonum esse credendum est quod
nulla inmutabilis bonitas atque
omnium bonorum causa perscribitur.

Xpianam
fidem novi ac veteris testa-
menti pandit auctoritas
et quamvis nomen ihesu christi neque ante
semet continuit instrumentum. eumque
semper designavit affuturum.
quem credimus per partum virgi-
nis iam venisse. unde in orbe terrarum ab
ipsius nostri salvatoris mirabili
manasse probatur adventu.
Hec autem religio nostra que vocatur
christiana atque katholica. hiis sui
dumtaxat principaliter innititur asse-
rens ex eterno idem ante mundi con-
stitutionem ab omne videlicet
quod retinere post tempus vocabulum
divinam patris et filii et spiritus sancti ex-
titisse substantiam. Patrem itaque
habere filium ex sua substantia genitum
et sibi non ratione coeternum. Quem
filium eatenus confitetur fides
ut non sit idem qui pater est nec patrem
aliquando fuisse filium. ne rursus
in infinitum humanus animus divinam
progeniem cogitaret. nec confiteatur
filium in eadem natura qua pater
coeternus est. aliquando fieri patrem
ne rursus in infinitum divina proge-
nies tenderetur. Spiritum vero sanctum nec
patrem esse nec filium atque in illa
natura nec genitum nec generan-
tem. sed a patre quoque procedentem vel
filio. Quis sit tamen processionis istius
modus. ita non possumus evidenter dice-
re quemadmodum filii generationem. — Ex parte sua non per humanus animus existimare

Hec autem ut crederentur vetus ac
nova informat instructio.
De qua velut arce religionis
nostre multa diversa et humaniter
atque ut ita dicam carnaliter sen-
cientes adversa locuti sunt ut arrius. — qui licet patrem dicat dicit filium minorem tamen ipso patre tamen ex ex[illegible] substantiam confitetur.

Sabelliani quoque non tres ex-
istentes personas sed unam ausi
sunt affirmare. eundem patrem esse
qui filius est. eundemque filium qui
pater est. atque spiritum sanctum eundem esse
qui pater et filius est. ac per hoc unam
dicunt esse personam. sed vocabulorum diver-
sitate signatam. Manichei
quoque qui duo principia sibi
coeterna et adversa profitentur non
credunt unigenitum esse dei. In-
dignum enim iudicant si deus habere
filium videatur. nichil aliud cogitan-
tes nisi carnaliter. ut quoniam hic generatio
ex duorum commixtione procedit. illic quoque
indignum esse intellectum applicare hi-

Queres eos nec vetus sancte veteris
testamenti in integro no
vum. Nam sicut illud quod error eorum
non recipit, ita exurgit ne generan
tem filium non vult admittere,
ne humano capiti esse polluta
videatur divinitas fuisse nata. Sed de
his alterius loci est. Secundo in loco ponitur
sicut ordo narrationis postulat abhinc. Er
go divina essentia aeterna et incommutabilis
non sine aliqua mutabilitate per
petuitatis sibi tamen conscia voluntate
sponte mundum voluit fabrica
re, eumque cum omnino non esset fecit ut
esset. Nec ex sua substantia protulit, ne
divinus esse natura crederetur. Neque
aliunde molita est, ne iam exti
tisse aliquid quod eius voluntatem
ex virtute proprie nature iuva
ret atque esset, et quod neque ab ipso
factum esset et tamen esset. Sed verbo pro
dixit celos terram creavit
ita ut celesti habitatione dignas
celo naturas efficeret ac terre terre
na componere. De celesti
bus autem naturis que invisibiles
vocantur angelica agmina illic
distinctis ordinibus pulchre sunt
omnia. Pars tamen quedam plus appetens
quam ei natura atque ipsi auc
tor nature tribuerat de celes
ti sede proiecta est. Et quoniam angelorum
numerum idem creator illius civitatis
cuius cives angeli sunt imminutum
noluit auctor permanere, forma
vit ex terra hominem atque spiritu
vite animavit, ratione composuit, arbi
trii libertate decoravit, eumque
posita lege paradisi deliciis
constituit ut si sine peccato manere
vellet, tam ipsum quam eius progeniem
angelicis cetibus sociaret. Ut quia
superior natura per superbie malum
ima petierat, inferior substantia per
humilitatis bonum ad superna conscen
deret. Sed ille auctor invidie
non ferens hominem illuc ascen
dere ubi ipse non meruit perma
nere, temptatione adhibita
fecit et ipsum eiusdem comparem
quam de eius latere generandi causa
formator produxerat, in obedi
entie supplicium subiacere. Ei quoque
divinitatem affuturam promittens
quam sibi dum arrogare voluit paradiso (?)
exclusus est. Hec autem revelante
deo Moysi famulo suo conpertissime.
Cuius humanum genus conditionem
atque originem voluit innotescere
sicut a deo liber plane testatur.
Omnis autem divina auctoritas his
modis constare videtur. Ut aut
hystorialis modus sit, qui nichil
aliud nisi res gestas enuntiat,
aut allegoricus ut non illic pos
sit hystorie ordo consistere, aut

certe exutriusque compositus: ut secundum hystoriam, et secundum allegoriam manere videatur. Hec autem pie intelligentibus et vivaci corde tenentibus satis habunde relucent. Sed ad ordinem redeamus.

Primus itaque homo ante peccatum cum sua coniuge incola paradisi fuit. At ubi autem persuasori et proditoris preceptum neglexit attendere, exul effectus est. Tamquam iustus excolere atque a paradisi sinu seclusus, in ignoratis partibus sui generis posteritatem tunc posuit. Atque penam quam ipse primus homo prevaricatoris reatu exceperat, generando transmisit in posteros. Hinc factum est ut et corporum atque animarum corruptio et mortis provenirent initia. Primumque mortem in Abel filio suo meruit experiri, ut quanta esset pena quam ipse excepit pleniter in sobole. Quod si ipse prius moreretur nesciret quodammodo, ac si dici fas est nec sentiret penam suam. Sed ideo in altero expertus est, ut quid sibi iure debeatur contemptor agnosceret, et dum penam mortis sustinet, ipsa expectatione fortius torqueretur. Hoc autem prevaricationis malum quod in posteros suos primus homo transfudit quidam Pelagiani ad imitationem pri-

nominis heresim dedicavit, quam catholica fides a consortio suo mox repulisse probatur. Ab ipso itaque primo homine procedens humanum genus ac multiplici numerositate succrescens, erupit in iures, commovit bella, occupavit terrenam miseriam quod felicitatem paradisi in primo patre perdiderat. Nec tamen ex his defuerunt quos sibi conditor gratie sequestraret, eisque placitis inserviret. Qui licet in totum nature dampnaret, futuri tamen salvamenti et longe postmodum proferendi faciendo participes perditam noluit reparare naturam. Impletus est igitur mundus humano genere atque ingressus est homo vias suas qui malitia proprie contumacie despexerat conditorem. Hic volens deus per iustum potius hominem mundum reparare genus humanum quam mane perituri penalem multitudinem emissa diluvii inundatione excepto Noe iusto homine cum suis liberis atque his que secum in arcam introduxerat interire permisit. Cum autem parce lignum voluit iustos eripere notum est quantas scripturas ... eruditis. Et qui quedam figura mundi de eius diluvio ultore conflata est. Reparatur itaque genus humanum atque proprie nature vitium quod p

uaricatoris primus auctor in
fideritur ampleti non destitit.
Creuitque contumacia quam dictum
diluuii unda puniat. et cum
numerosa annorum series per
missa fuerat uiuere in breuitate
annorum humana etas adducta
est. Maluitque deus non iam diluuio
punire humanum genus sed eodem per
manente eligere uiros per quorum se
riem aliqua generatio commea
ret. ex qua nobis filium suum uel
titum humano corpore in fine
mundi concederet. Dilatationem despi
ciens diuiso mari rubro quod
numquam antea natura ulla cogno
uerat suum transduxit exercitum
auctore moyse et aaron.

Postea uero per eorum egressionem alias
egyptus plagis uastata est. cum
nollet dimittere populum. trans
misso ut dictum est mari rubro
uenit per deserta heremi ad mon
tem syna. qui uocatur. ubi quadraginta
annorum conditor deus. uolens sacra
menti futuri gratia populos eru
dire. per moysen data lege con
stituit quod et sacrificiorum ritu et
preceptorum mores instruerentur.

Et circa fluuium qui uocatur
iordanis duce iam ihesu filio na
ue atque ad eorum transitum quadam
aque maris rubri. ita quoque
iordanis fluenta siccata sunt.
Peruentumque est ad eam ciuitatem
que nunc ierosolima uocatur
atque dum ibi populus dei moraretur
post iudices et prophetas reges in
stitui ceperunt. Quorum post saulem
primatum dauid de tribu iuda legitur
adeptus fuisse.

Descendit ita
que ab eo per singulas successiones
regum stirpa perductumque usque ad
herodis tempora qui primus ex genti
bus memoratis populis legitur im
perasse. Sub quo extitit beata
uirgo maria que dauitica stir
pe proueniat que humani generis
genuit conditorem. Hoc autem ideo quia
multis uiteriis criminibus mundus
iacebat in morte. Licet enim magis gens
in qua dei mandata clarescerent
ibique multi prophete quam et alii sancti
uiri per quorum ammonitionem ipse etiam
populus a morte peruicacie reuoca
rent.

Illi uero eosdem occidentes
in sue nequitie peruersitate ma
nere uoluerunt. atque in ultimis
temporibus non prophetas nec alios non placa
tos sed ipsum unigenitum suum deus
per uirginem natum constituit. ut hu
mana salus que perierat hominis
inobedientiam deperierat per hominem
dein rursus repararetur. Et quia
excitata mulier que cum mor
tis primo uiro suasit esset causa

Margin notes: dudum — quadam — multis annis uastatis ceteris gentes per uiam debellasset. uenerunt tandem. — sunt

Quorum primus est abraham. qui cum esset etate confectus eiusque uxor decrepita in senectute sua repromissionis largitione hanc filium meruerit. hic uocatus est ysaac atque ipse genuit iacob. idem eorum .xij. patriarchas non reputante deo in eorum numero quos more suo natura produxerat. hic ergo iacob et filius ac domum sua transfugiendi famem uidelicet causa in egyptum uoluit habitare atque illic per annorum seriem in terra multitudo gestens sequitur subici egyptus ipsi eos pharao magna ponderum mole deprimi decreuerunt et grauibus honoribus affligebat. Tandem deus egypti regis.

hec mulier que vite eternam huma
nis visceribus apportaret. Nec vile
videatur quod dei filius ex virgine
natus est. quia preter nature modum
conceptus et editus est. Virgo itaque de
spiritu sancto incarnatum dei filium concepit.
virgo peperit. post eius editionem vir
go permansit. atque homo factus est idem
deique filius ita ut in eo et divine nature
radiaret splendor. et humane fra
gilitatis appareret assumptio. Sed
hanc tam sane atque veracissime fi
dei excitauit multi qui diuisa
garrirent. inter alios nestorius et
heretice reptores hereseos ex
titerunt. Quorum unus hominem solum alter de
um solum putauit asserere. Nec hu
manum corpus quod xpistus induerat de
humane substantie primam partem venisse.
Sed hec actenus. Creuit itaque xpistus
secundum carnem. Baptizatus est ut quam bap
tizandi formam ceteris erat tributu
rus ipse primus quid decebat exci
peret. Post baptismum vero elegit
xii. discipulos quorum unus traditor
eius fuit. Et quia sanam doctrinam
iudeorum impiis non ferebat eum illa
ta manu crucis supplicio pe
remerunt. Occiditur ergo xpistus iacet
tribus diebus ac noctibus in sepul
chro. Resurgit a mortuis sicut an
te mundi constitutionem ipse cum patre
decreuerat. Ascendit in celos ut

in eo quod est filius dei nunquam de
fuisse cognoscitur. ut assumptum
hominem quem dyabolus non permisit
ad superna ascendere secum in dei filio
celesti habitatione sustineret. Dat
ergo formam discipulis suis bap
tizandi docendi salutaria. ef
ficientiam quoque miraculorum atque
uniuersum mundum ad vitam precepit
introire. ut predicatio saluta
ris ut iam ingentem tamen sub orbi
terrarum predicaretur. Et quoniam huma
num genus nature vitio quod ex pri
mo preuaricatore contraxerat et
ne pene iam totus fiat multitum
nec salutis sue erat ydoneum.
quod eam in penitentia perdiderat medici
nalia quedam tribuit sacramenta
ut agnosceret aliud sibi deberi
pro natiue vitium aliud pro gesto donum.
Ut natum nichil aliud nisi pene
sumeret. gratiam vero quam illis muneris at
tributa est. quia nec gratiam deberent
si muneris tribuerent totum quod est salu
tis afferet. Diffunditur per
mundum celestis illa doctrina.
ad unanimem apostoli instituuntur eccle
sie in unum corpus quod mundi latitudinem
occuparet. Cuius caput xpistus ascen
dit in celos ut vel caput suum
membra sequerentur. Hec itaque doctrina
et presente vita bonis informat
operibus et post consumationem seculi.

resurrectio carnis nostre post corrup-
tionem ad regna celestia pollice-
tur. Ita ut qui hic bene in ipso cla-
mante uixerit esset in illa retri-
butionis, qui uero male miser post-
mortem retributionis adesset. Et hoc
est principale religionis nostre
ut credat non solum animas non perire
sed ipsa quoque corpora que mortis
aduentus resoluat in statum
pristinum futura de beatitudine
reparari. Hec quoque ecclesia kat-
holica per orbem diffusa tribus
modis probatur existere. Quicquid
in ea tenetur aut auctoritate
est scripturarum aut traditione uniuer-
salis aut certe propria et particularis
instructione. Sed auctoritate tota
constringitur uniuersali traditione
maiorum. Nichilominus tota seruata
tis uero institutionibus et propriis in-
formationibus unaqueque uel pro
locorum uarietate uel prout cuique
[illegible] mundi omnia corrupti-
bilia. bene uisum est. Sola est
hec fidelium expectatio qua credi-
mus affuturum in fine mundi
omnia corruptibilia transitura,
resurrecturos homines et ex
animi futuri iudicii receptos
pro uitis singulos, et in perpetuum
atque interminum debitis finibus
permansuros. Soluitque esse primum

beatitudinis contemplatione, condicionis
tantum contemplatione dum tenetur quanta
a creatura ad creatorem potest fieri ut ex
eis reparato angelico numero superna
illa ciuitas impleatur. Ubi rex est
uirginis filius. Ibi erit gaudium
sempiternum delectationibus opus
laus perpetua creatoris.

Anima est actus primus
corporis phisici potentia uitam
habentis. Cum dicitur actus experi-
mitur genus anime ipsa enim est substantia. Sed
substantia est triplex. scilicet ypostasis uel natis
et usia. scilicet materia actus i. forma substantialis
et hoc aliquid i. compositum ex utroque. Cum
ergo dicitur anima est actus separatur a
materia et a composito. Est autem actus
duplex sicut forma duplex. scilicet substantialis
et actualis. Substantialis ita diffinitur. Substantiale est
quod esse confert composito. ex qua datur
compositum. Actualis ita diffinitur. forma
est simplici et inuariabili essentia
consistens composito contingens. Quia
ergo forma substantialis confert esse composito i. com-
posito. forma uero accidentalis contingit
composito. ideo substantialis dicitur actus primus.
Accidentalis uero dicitur actus secundus. et ita
tamen anima dicitur actus primus separatur
a forma actuali per hoc quod dicitur
primus. et quia omnis actus alicuius est actus
ideo sequitur corporis. Anima enim tribus mo-
dis potest considerari. ut natura. ut ideo.

Incipit liber beati Augustini de spiritu et anima.

Quoniam dictum est michi ut meipsum cognoscam, sustinere non possum ut me habeam incognitum. Magna namque negligentia est nescire quid illud sit quo celestia tam profunde cogitamus, quo subtilia tam subtili indagatione investigamus, et de ipso creatore nostro tam sublimia desideramus scire. Non est res peregrina neque longe querenda animus quo ista sapimus, sed semper est nobiscum. Ad eum igitur loquimur et unde noscitur. Datum est illi tam ingentium rerum secreta scire, et se ipsum non cognoscere non potest. Pauci siquidem sunt ipso animo animum cernere, id est ut ipse se animus videat. Fieri autem non potest quadam divina providentia ut inveniendi facultas desit religiosis animis se ipsos et deum suum pie ac caste ac religiose querentibus. Ideo reddam me michi, et primo de meo cur maxime me debeo, et videbo quid sit animus et que potentia eius. Quid animus et qui actus eius.

Animus est substantia quedam rationis particeps regendo corpori accommodata. Animus sapientia illustratus et suum principium respicit et se ipsum cognoscit et quam sit indecorum ut extra se querat quod in se ipso possit invenire intelligit. Corporeis non passionibus consopitus et per sensibiles formas extra semetipsum adductus oblitus est quid fuit et quia nichil aliud se fuisse meminit nichil preter quod videtur esse credit, solo sensu extra corpora et ymaginatione extra corporum similitudines evagatur. Quia locorum distantia et motu eius sunt sibi in vigilando sive dormiendo. Sed cum ab hac detractione per puram intelligentiam ascendens in unum se colligit, rationalis dicitur. Ratio siquidem est animi aspectus quo per se ipsum intuetur verum. Ratiocinatio non est rationis inquisitio, quia illa opus est ad videndum, ista ad inquirendum. Animus invisibilis est, nec enim invisibilia absque cernere potest visibilia per corpus videt, invisibilia per se, et ideo se videt, quod invisibilis se videt. Videt tamen in corpore per corpus sicut sensus in vita manens per vitam videt. Animus corporis dominator, rector, habitator videt se ipsum per se ipsum, non querit auxilium corporalium oculorum, et primo ab omnibus sensibus tamquam impedientibus et strepentibus abstrahit se ad se ut videat se in se ut noverit se apud se. Et cum vult deum cognoscere elevat se supra se in interius acie. Nichil enim aliquid tale est celestis qualis est animus. Non tamen videri nisi animo potest nec ita quidem potest ut animus. Non tamen videri nisi animo potest nec ita videri potest ut animus. In quo immutabilis est vita sine defec-

uectat

alter

fectu sub se non talis est animus
sed deficit et perficit. novit, igno-
rat, meminit, obliviscitur, modo
vult, modo non vult, diffusis cogi-
tationibus atque confusis hinc atque il-
luc vagatur, considerando spectat
omnia, videt absentia, transmaria
visu obiit et penetrat aspectu
abdita scrutatur, et uno momento
descendit ad infima, ascendit in
et sensus suos per totius orbis fines
et mundi secreta circumfert, ad celum
ascendit, adheret Christo, coniungitur deo.
Ipse siquidem est eius patria et habi-
tatio ad cuius similitudinem factus est.
Quisquis ergo se talem reddit
desiderat qualis a deo factus est, id est filius dei,
redeat ad se et fiat iuste et vivat iuste
metipsum apud semetipsum que-
rat et videat unde consistit homo
et ex qua parte sit factus est ad y-
maginationem dei. De quatuor
affectionibus anime.

3 Ex duabus substantiis constat ho-
mo, anima tantum et carne. anima cum
ratione, carne cum sensibus, et quod
tamen scilicet non movet caro absque anime
societate. anima vero rationale suum te-
net sine carne. Est siquidem ratio-
nalis, irascibilis, concupiscibilis. per
rationalitatem habilis apta ad aliquid
cognoscendum est illuminari ad aliquid cog-
noscendum infra se et supra se et iuxta se.

et quicquid celi ambitu continetur
infra se. per concupiscibilitatem et irasci-
bilitatem habilis apta ad aliquid
appetendum vel fugiendum, amandum
vel odiendum. et ideo de rationalitate omis-
sis dat anime de aliis omnibus affectus. Af-
fectus quadripertitus est dum de eo quod ama-
mus iam gaudemus vel gaudendum
speramus, et de eo quod odimus iam dolemus
vel dolendum metuimus. et ob hoc
de concupiscibilitate gaudium et spes,
de irascibilitate dolor et metus oriuntur.
Qui quidem affectus quatuor anime tamen se-
minarium aut virtutum sunt quedam prin-
cipia et communis materia, affectus siquidem
omnium operum nomen imponunt. Sed virtus
est habitus mentis bene disposite componen-
di et instituendi et ordinandi sunt
animi affectus ad id quod debet ut in
virtutes proficere possit. aliquin
in vicia facile deciderent cum quattuor prudencie,
modestie, fortitudinis et iusticie. amor et
odium instituuntur. per odium mundi
et sui proficit in amore dei et proximi.
per contemptum temporalium inferiorum cre-
scit in desiderium eternorum et superiorum.
Spiritus vero unus est in vi in anima idem quod
ipsa totum cum non sit corpore diversi cum
tamen non sit nisi unus verumtamen propter
varia exercitia variatur et varie
nuncupatur. Dicitur namque spiritus, ymagi-
natio, intellectus, intelligentia. et hec omnia in anima
non aliud sunt quam ipsa anima et alie et alie vires

cognoscat siquidem
dum supra se et infra se
angelum iuxta se.

et virtutes exigentur prudentiam scilicet temperantiam
fortitudinem atque iustitiam que quia originales et
cardinales sunt omnium virtutum. et hec omnia cum affecti-
one atque virtuose anima instituuntur.

virtutes exigentur prudentiam scilicet temperantiam fortitudinem atque iusticiam

ppuetates sp uaria exercicia sed
una essentia tenet · et una aia pprieta
tes quidem diuise sunt essentie una sunt
exerciciu multa sunt sed essentia una
verum sunt in aia et quod ipa et sicut mundus
iste uisibilis quinquepartita quadam
distinctione est ordinatus terra · s. aqua
aere · ethe sive firmamento ipso quoque
supremo celo qui empireum uocatur
sic aie inmundo sui corporis peregri
nanti quinque pcessus sunt ad sapi
entiam · s. sensus ymaginatio · ratio · intelles
et intelligentia · quinque eis pgressionibus
et realitas exercetur ad sapientiam et
quatuor affectibus ad caritatem quos
mox istis · ix · pgressibus in semet
ipa pficiens aia sensu et affectu qui
interius quibusdam pedibus que spu
uiuit · spu ambulat usque ad che
rubin et seraphin · i · usque ad ple
nitudinem scie et regnum carita
tis hinc aia per exercitium uirtutes
quarum facultates hic per nomina et
hos pgressus nominibus et ordinibus
angelorum comparare prudenti lectori relinquo
quo facile siquidem erit ei si sciat
aptare sensum qui primus anime
nuncius est angelus qui nuncii uo
cantur · ymaginationem archange
lis odium mundi uirtutibus odium sui
potestatibus · rationem principati
bus · amorem proximi dominationibus · intel
lectum tronis · intelligentiam cherubin
amorem dei seraphin · timor namque
de suppliciis et dolor de peccatis faci
unt contemptum mundi · et sui ut cum
uirtutibus faciat miracula et cum
potestatibus expellat demonia · spes
de premiis et gaudium de premiis
faciunt amorem dei et proximi. De

Anima omnium similitudo

Anima ad nemesis uise.
Assimilitudinem totius sapientie facta
omnium in se similitudinem gerit. unde et
a philosophis diffinita est omnium similitudo. habet
siquidem in se uires quibus omnia
inuestigat · et omnibus similis existit
cum sit una · similis est terre per sensum · aque
per ymaginationem · aeri per rationem
firmamento per intellectum · celo em
pireo per intelligentiam. Sic est lapi
dibus per essentiam · arboribus per
uitam · animalibus per ymaginationem
angelis per intellectum · deo per in
telligentiam · et sicut deus est omnium ca
pabilis et participabilis · sic aia omnium
capax est capabilis et participabilis
deus est · quia naturali suo munere et
usu ex munere ab omnibus participa
patur ad essentiam qua sunt et
secundum illa ad ydoneam speciem qua ab aliis
is differunt et per utrumque ad con
gruum usum quo pficiuntur · tam hec
omnium exercitia infert quia quidam
uestigia summe essentie · ymagi
nis trinitatis et iustis · i · trinitatis

patris et filii et spiritus sancti. Trinitas que per-
se imperfecte. super imaginem. usus in
venitur ubi aliqua dignitatis usus est
eximie quedam namque que proprii
quorum ubi esse videntur. spiritus sanctus ut
pote patris et filii munus. Ex ipso
munere est omnis usus gratie cum patre
et filio ipse regit et erudit nos
et consolatur et perducit ecclesiam ad
christum quod ipse sibi sine macula
et ruga tradet regnum deo et patri
sicut apostolus. et per filium et spiritum sanctum
vel potius in spiritu sancto divina ad nos
descendunt. Quod tota trinitas

Pater siquidem cedat nobis.

Pater tradidit filium suum quo
redimeret servos. misit
spiritum sanctum quo servos adoptaret
in filios filium dedit in pretium re-
demptionis. spiritum sanctum misit in pig-
nus adoptionis sedemque totum
servat in hereditate adoptatis.
Nemo igitur de dei pietate diffidat
quia maior est eius misericordia quam nostra
miseria. et quisquis ad eum to-
to corde corde clamaverit exaudi-
et illum quia misericors est. Grande
siquidem videtur ei peccatori veniam
dare quam peccatum accipere. sicut enim
testatur reum absolvere a tormen-
to consciencie sue qui plus cruciet
illum compassio miseri quam ipsum
miserum passio sua. Capitulum

anima omnium perfectum ad cognitionem per-
ceptibilem ad dilectionem unius inmu-
tabilis capax invenitur. Sicut enim in anima
et ex eo quod anima naturaliter cognoscens
omnia et diiudicans inter omnia et in naturalibus affectibus
quo suo ordine et gradu diligat
omnia. Virtutum facultates et instru-
menta cognoscendi et diligendi habet
ex natura cognitionem tamen veritatis et or-
dinem dulcoris nequaquam habet nisi ex gratia.
Sicut siquidem a deo naturaliter rationalis ut eius yma-
ginem suscepit. ita eius cognitionem
et dilectionem. Vasa namque que gratiam
capiunt formantur ut sint. Ad ista vero
gratia replet ne vacua sint si sine
munere operarium invenerit. De Na-

Anima tura anime.

est substantia rationalis et intellectualis
a deo facta spiritualis non ex decisa
sed potius creatura ex nichilo in totum ma-
litie convertibilis et ideo aliquatenus est
mortalis quantum vero mutari et aucto-
ritate dei cuius participatione beata fit
alienari potest. et aliquatenus inmor-
talis quantum sensum quod ei post hanc
vitam vel bene vel male sit amit-
tere non potest. Non participando car-
nem gestis iniit ut in carne
includeretur ut quidam voluerunt.
sed nec ideo potest esse in homine sine
sorde peccati nisi a christo fuerit
liberata. Dicentum enim anima ad cor-
venit non sine eius preceptum agere velle

q(uod) ipsi peccatori veniam
accipere

mercede accipere etnie vite atque
societatis angelorum. Si autem contemp
serit penas vltissimas vel sui
doloris continui siue ignis eterni
Anima id dicta est quod ad viuendum
animet corpus. hec est viuificet. Spiritus
ipsa est anima per spiritualem naturam vel pro eo
quod spiret in corpore appellatur esse
spiritus. Spiritus namque ad scientiam dicitur
in homine, quamuis anima aliud vocetur et
aliud spiritus. Spiritus namque ad scientiam dicitur
et anima ad viuificandum. Eadem est
essentia sed potestas diuisa. Nam
unum et idem spiritus ad se ipsum spiritus
dicitur, ad corpus dicitur anima. Spiritus est integre
est rationalis predita substantia et rationalis. Anima est
in quantum est vita corporis de qua
dictum est. Qui perdiderit animam suam
et cetera, id est. Quisquis propter deum hanc vitam
que nunc corporis viuificatrice ex
anima temporalis mortalis constat vilis
ter despexerit. in futuro eandem
corporis non solum anime vitam
etiam et inmortalem recipiet
humana anima que in corpore habet esse
et extra corpus anima pariter et spiritus vo
cari potest. Non enim due anime sen
sualis et rationalis. altera qua homo viuat
altera qua ut quidam putant
sapiat. sed una eademque anima in
semetipsa viuit per intellectum et
corpori vitam prebet per sensum hu
manum namque corpus nec viuere

nec nasci sine rationali anima potest.
vegetatur tamen et mouetur
crescit et humanam formam in
utero recipit. post quam rationalem
animam accipiat sicut et virgul
ta et herbas sine anima moueri et incre
mentum habere videmus. Devi
ta anime.

Duplex est vita anime. una qua viuit
in carne. alia qua viuit
in deo. Duo quidem sensus sunt in homine
alius interior et alius exterior et vterque
bonum suum habet in quo reficitur
sensus interior in contemplatione di
uinitatis. sensus exterior in contemplatio
ne humanitatis. Propterea enim deus
homo est factus ut totum hominem in
se beatificaret ut tota conuersio ho
minis esset ad ipsum et tota di
lectio esset in illo cum assensu carnis
uideretur per carnem et assensu mentis
per diuinitatis contemplationem. hec
erat totum bonum hominis ut siue
ingrederetur siue egrederetur
pascua in factore suo inueniret
pascua foris in carne salua
toris et pascua intus in diuinita
te creatoris. hec bonum mag
num secutum malum quantum per
dito bono quod intus erat egressa
est anima ad bona aliena que
foris erant et pactum fecit cum
delectationibus scilicet. recesserat set illa

nos aut domini absentiam boni
sui interioris eo quod consolones suas
e uertet in bonis alienis. Nam
cum exterior sensus carnalis bono suo ut
itur. interior sensus mentis qui obdor
mit non ei cognoscit boni interio
ris sensus qui iocunditate bo
norum exteriorum capitur. Nam qui in
carne uiuit in carne sentit et
dolores carnis fugit ingnarum
post uulnera autem anime prorsus ig
norat nec medicinam querit
in eis. Cum autem mortuus fuerit sensus
autem quo uiuit in carne et uiui
ficari incipiet sensus ille quo se
tiet semetipsum et tunc sciet dolo
res suos et sentire incipiet uul
nera sua tanto grauius quanto propius
magis ei malum est quod magis est
intimum. et magis prodest bonum
intimum. Quod spiritus multis modis
Spiritus multis modis dicitur.
Dicitur namque spiritus deus et aer iste
uel flatus aeris qui a corde re
ceptus et in proximum corde emissus
mortalium uitam flatu necessario
continet. Iste tamen spiritus uite anima di
citur postquam aeris uarietate dis
soluitur. Dicitur autem spiritus anima siue ho
minis siue pecoris. dicitur spiritus mentis rationalis
ubi est quidam tamquam oculus anime ad
quam pertinet ymago et cognitio
dei. Oculus est anime mens ab
omni labe corporis pura. Cuius aspec
tus ratio est. Intellectus uisio tria hec
omni anime necessaria sunt. i. ut sanos ha
beat oculos ut aspiciat ut uideat.
Sanos oculos habet cum a mortalium
cupiditatibus est purgata atque re
mota. Aspicit cum in deum lumine
oculos contemplationis figit. Uidet cum
illa contemplatione conspicit quanta
sit gaudia quanta leticia quanta
serenitas quanta iocunditas &c.
Sanitas facit illam securam. as
pectus rectum uisus beatam. Cum enim
a bonum fecerit fuerit libera maculisque
diluta tunc se deuique in se ipsa
liberissime tenet et nichil sibi me
tuit a nulla sua culpa. quiuerque aug
et ingenti quadam et incredibili fidu
cia pergit in deum uel in ipsam
contemplacionem ueritatis. Aspectum sequitur
rectum se ipsa uisio dei qui est finis
aspectus. sic anima prius sanatur sanata
introducitur introducta reficitur.
Argumentum quod spiritus idem est cum
spiritu et est ymaginatione.
Quedam uis anime inter intellectum
ubi corporum res similitudines imprimuntur
nec ipse spiritus corpus est si similis corpori
que ei spiritu uidentur non sunt corpora sed corpo
ribus similia. facies si quis hominis ab
se forinsecus nota. et in memoria nostra
habet ymaginem suam interius quidem
similis corpori similem ad quam recurrit

mus cum clausis oculis eam cogitamus. Quod enim est ad corporis sensum aliquid corporale in loco, hoc est ad animi aciem similitudo corporis in memoria. Et quod est voluntas ad corpus visum visionemque copulanda, hoc est eadem intentio voluntatis ad copulandam ymaginem corporis que est in memoria et visionem cogitantis. Ille spiritus dicitur factus ad ymaginem et similitudinem dei, in quo est cognitio veritatis et amor virtutis. Ymago siquidem est in cognitione, similitudo in dilectione. Ymago quia rationalis, similitudo quia spiritualis. Hec siquidem veritati nulla interposita substantia. Rationalem namque eam in qua ratiocinamur intelligimus et sapimus, dicimus spiritum. Hunc autem spiritum apostolus mentem vocat, ut ait: Renovamini spiritu mentis vestre, id est mente, que est spiritus. Nec enim aliud est spiritus mentis quam mens, sicut corpus carnis non est aliud quam caro.

De potentiis anime.

Mens dicitur a menendo. Mens autem dicitur quasi luna, quia sicut luna crescit et decrescit et variatur vicissitudine commutatur, in id tamen quod fuit, quasi pristina novitate se restituit; sic mens nec capitur summus visus nec deducitur ad infima, nec sese referens sibi vires suas redarguit, modo ad contraria regenda deflectitur, modo exterioribus inspiciendis vel consulendis ad celestia. Ratio siquidem est mentis aspectus, qua bonum malumque discernit, virtutes eligit, deum quoque diligit. Mens namque sacra pax omnium similitudines signata omnia esse dicitur natura quadam potentia et nulla quadam dignitate. Procerto invisibiles res causas principalium comprehendit, et visibiles ac accidentium formas per sensuum passiones colligit, et sicut per sensus ad sensibilia exeat, sic per intelligentiam ad invisibilia ascendat, rerum similitudines ad se ipsam trahit. Presentia cognoscit, absentia intelligit, incognita inquirit, et inventis utatur.

Quid sit rationale et intellectuale.

Rationale vero in quo ratiocinamur et intelligimus et sapimus mentem dicimus, que ita facta est ad ymaginem dei, ut nulla interposita natura ab ipsa veritate formetur.

Quod mens immediate a deo formatur.

Mentem excelso deo, de qua dicit quod emineat in anima prestantius, et si quid in vis anime est, aqua procedit intelligentia, per intelligentiam ipsam veritatem intelligit, per sapientiam diligit.

Quid sapientia.

Sapientia namque est amor boni sive sapor boni, a sapore quidem dicta. Nominis visio est intelligentia, gustus sapientia illa

contemplatur. ista delectatur. Cum ab inferioribus ad interiora ascendere volumus, primus occurrit nobis sensus, deinde ymaginatio, postea ratio, postea intelligentia, et in summo est sapientia. Divina itaque sapientia ipse deus est. Sapientia autem hominis est pietas, id est cultus dei. Sensus ea est vis anime que rerum corporearum corporeas percipit formas presentes. Ymaginatio est vis anime que rerum corporearum corporeas percipit formas sed absentes. Sensus namque formas in materia percipit, ymaginatio extra materiam. Et est vis que exterius formata sensus dicitur, eadem usque ad intimum transformata ymaginatio vocatur. Ymaginatio namque de sensu oritur, et secundum eius diversitatem est ipsius variatio. Multa videt anima carnalibus oculis, multa etiam fantastica ymaginatione concipit. Et ubique quasi defenditur, inde erigitur et fluctuare videtur. Non a se egrediens, sed in se ipsa tamquam ymaginatio percurrens spatia propagatur et non exit ab illa sed cum tractatibus sicut sibi illa representat. Sed si quid in se quasi quandam ymaginatione latitudinem, longitudinem et altitudinem. Nam per carnitatem

dominum et omnes fideles sibi complectitur, per meditationem universa que a principio mundi usque ad finem deus propter nostram salutem operatus est meditatur, per contemplationem que sursum sunt celestia contemplatur. Ratio ea vis est anime que rerum corporearum naturas, formas, differentias, propria et accidentia, omnia percipit incorporea, sed non extra corpora nisi ratione subsistentia abstrahit et a corporalibus que fundantur in corpore non actione sed consideratione. Natura namque ipsius corporis sed quia omne corpus corpus est, nullum utique corpus est. Intellectus ea vis est anime que invisibilia percipit, sicut angelos, demones, animas et omnem spiritum creatum. Intelligentia ea vis est anime que immediate supponitur deo. Cernit siquidem ipsum summum verum et vere incommutabile. Sic anima sensu percipit corpora, ymaginatione corporum similitudines, ratione corporum naturas, intellectu spiritum creatum, intelligentia spiritum increatum. Et quicquid sensus percipit, ymaginatio representat, cogitatio format, ingenium investigat, ratio iudicat, memoria servat, intelligentia comprehendit et ad meditationem sive contemplationem adducit. Ingenium ea vis est anime sive intentio qua se extendit anima et exercet ad in-

cognitor cognitionem. Ingenium
siquidem exquirit ignota. Ratio discer
nit inventa. memoria recondit
iudicata & offert adhuc iudicanda
sicut ascensus ab inferioribus ad supe
riora & ima assumentis dependet. In
tellectus namque quidam ymago & simitu
do est intelligentie secundum intellectus rationis
phantasticus spiritus est anime & supremum
corporis corpus .i. ignis quidam similitu
dine iungitur. & igni aer. aeri aqua.
aque terra. sensus informat yma
ginationem. ymaginatio rationem & fa
cit scientiam sive prudentiam & rursum
rationi occurrens divina presentia informat
eam & facit intelligentiam cum sapientia.
Est itaque ratio quidam ad superna
& celestia intendens & idem dicitur sapientia &
est quedam ad transitoria & caduca
respiciens. & id vocatur prudentia.
hec duo ratio sunt in ratione consistunt
& dividuntur se in medio .s. sursum & de
orsum. sursum in sapientiam deor
sum in prudentiam quasi in vi
rum & in mulierem ut ubi sit
superiora pars & regat mulier
inferior & regatur viri dicitur est.
Melior est iniquitas viri quam mu
lier benefaciens. Melior siquidem est
qui per celeste acumen carnem
necessaria etiam ei subtrahendo affli
git quam qui per carnalem an
orem resolutus. Per omnia que

commoda sunt ei satisfacere contendit.

Sensus **De sensibus anime.**
Spiritualiter exterius qui celis
spiritus creatus est ei habet faci
tatem videndi creatura. Nunquam
tamen ipse consequitur visionem. nec au
ris auditum nisi ex beneficio lo
quentis & soni. Ymago iuvatur interius
que ex sensibilibus incipit. Ratio iuvatur
interius que sine ratione exordio cuncti
habitis ad cognoscendum. neque ad dilige
dum bonum nisi medio interiori
lucis profusus fuerit & calore suc
census. Iam neque consequitur sapien
tia sive caritatis effectum. Intellectus &
intelligentia iuvantur superius
que deus & ignis & lux est. Lux quidem
splendorem emittens ex se que
retinet ipse illuminat intelligentiam
ad cognitionem veritatis. Ignis autem
calorem de se emittens sed non am
mittens inflammat affectum ad a
morem veritatis sicut sole non
videt oculus nisi in lumine solis
sic neque ad divinum lumen non pote
rit intelligentia videre nisi in ipsius
lumine. Domine inquit propheta in lumine
tuo videbimus lumen. Cum enim mor
tale hoc induerit immortalitatem
& corruptibile hoc induerit
incorruptibilitatem tunc mente pari
& corpore spirituales effecti secundum mo
dulum nostrum primum illuminatorem

omnia sciemus et per corporis incorruptibilis levitatem ubique esse poterimus. Volabimus mente per contemplationem, volabimus corpore per incorruptionem. Discernemus mente, discernemus et corpore. Cum enim nunc corporei utantur rationem, ideo intellectum intelligens mutabile videmus. Sensu visibilia percipimus, ymaginatione continemus formas invisibilium; rationes et diffinitiones ad rationem pertinent, et invisibilium intelligentias ad intelligentiam et ad intellectum spectant spiritualium divinorum comprehensiones et contemplationes. Sensus vero et ymaginatio ad rationem non ascendunt, sed infra remanentes eam aliquatenus deducere possunt, et quasi aliquid quoddam ostendere ad quod non possunt pervenire. Similiter quadam proprietate intellectum et intelligentiam ratio innuare potest, sed ad statum eorum non valet ascendere, quamvis metas suas et fines suos proprios habet, quos transcendere non potest. Sensum et ymaginationem cum cunctis animalibus communia habemus: videmus siquidem visibilia et visorum recordamur. In quibusdam etiam sensibus nos precellunt, quantum visum sunt in brutis animalibus, quibus videatur sint intellectus aliquid daretur in sensu amplius, et ex visu tanto maior utilitas indicitur homini excendere rationis, quanto maiorem defectum patitur sensualitatis. Ratio autem numquam incipit tamen aliquid occurrit nobis quod cum animalibus non sit commune. Quedam igitur sunt infra rationem, quedam iuxta rationem, quedam supra rationem. Infra rationem sunt que sensu percipimus, sicut dura et mollia, frigida et calida, candida et nigra. Iuxta rationem sunt et propria rationi que ratione percipiuntur, sicut commoda, vitia et virtuta, iusta et iniusta. Ratio siquidem est quedam anime motus visum mentis acuens, vera a falsis distinguens. Supra rationem sunt que nec sensus docet nec ratio persuadet, sed aut divina revelatione comprehenduntur aut scripture auctoritate creduntur, sicut in una substantia et in tribus personis equalitate unum Deus siquidem est trinus unitas, ita quod nullum singulorum et tamen modis omnibus non sibi iacet quia ratio non est nisi dere aliqua.

Quod anima diversis dicitur nominibus.

Anima est spiritus intellectualis, rationalis, semper vivens, semper in motu, bene maleque voluntatis capax, secundum benignitatem creatoris atque secundum sui operis officium variis nuncupatur nominibus. Dicitur namque anima dum vegetat, spiritus dum contemplatur, sensus dum sentit, animus dum sapit, dum intelligit mens, dum discernit ratio, dum recordatur

memoria. Dum consentit uolun-
tas. Ista tamen non differunt in substantia quem-
admodum in nominibus quoniam ista
omnia anima est. proprietates quidem
diuerse sed essentia una in spiri-
tu et anima potest esse differentia quantum
omnis anima spiritus est sed non omnis anima
spiritus sed non omnis spiritus anima. Anime
simplices actiones sunt. Alio namque
consilio erigitur ad deum atque
alio inclinatur ad carnem. Incli-
natur sic. Cum sit irrationalis et immuta-
bilis uidetur non potest sed per potentias su-
as se extendit et ostendit per con-
cupiscentes namque appetit per
irascibilitatem contemnit per rationa-
bilitatem intuetur. Unde tota
essentia anime in his potentiis
suis consistit. nec per partes diui-
ditur cum sit simplex et indiui-
dua. et si aliquando partes habere
dicitur, potius similitudinis quam ueritate
compositionis intelligendum est. Sim-
plex substantia est anima nec maior
nec minor est in toto quam anima. sed una
eademque substantia secundum diuersas potentias di-
uersa sortitur uocabula. Has
potentias habet anima antequam corpori
misceatur. naturales siquidem sunt
ei et si abesset corpus ipsa. Tota namque
anime substantia in his tribus ple-
na et perfecta consistit. id est in rationabilita-
te. concupiscibilitate. irascibilita-
te quasi quadam sua trinitate
et tota quidem trinitas haec quaedam anime
unitas est et ipsa anima. Deus est
omnia sua et anima quaedam sua.
Habet siquidem naturalia et ipsa omnia
est potentia namque eius et uires
idem sunt quod ipsa. Habet accidentalia que
ipsa non est. sunt uirtutes. Et sunt uirtutes
nomine. Non enim est sua prudentia. sua
temperantia. sua fortitudo. sua
iustitia. Potentie anime sunt rationa-
litas. concupiscibilitas et irascibili-
tas. Vires sunt sensus ymago. ratio
memoria. intellectus. intelligentia. potentie
tamen possunt dici uires et uires potentie.

De vinculo anime ad corpus.

Quibusdam affectibus et quadam
amicitia anima corpori con-
iungitur. Sed quam amicitiam ne-
mo carnem suam odio habet.
Sociata namque illi licet eius socie-
tate pergrauetur, tamen ineffabili
conditione diligit illud. Amat
carcerem suum. et ideo libera esse non
potest. doloribus eius uehementer affi-
citur. formidat interitum que
mori non potest. timet defectum que
per naturam deficere non potest. odorum spe-
culatione depascitur. sonoris delec-
tatur auditibus. suauissimis recu-
datur odoribus. larga epularum re-
ficitur et licet huius rebus nullatenus
utatur ipsa. grauiter tamen moreatur

fligitur si h̄ ei subtrahantur · et n̄ mi
quā surripiunt uicia contraria · Rem
dum anima dil'co corpori i(n)dulge(n)
tius remittendo letu(m) rei nescitur
s(u)p(er)be p(er)co · P(er) h(oc) quoq(ue) p(ro)greditur
anima ad cor(pus) mouend(um) et uiui
ficand(um) · Nouem quoq(ue) s(unt) foramina
in humano corpore quib(us) s(e)c(un)d(u)m n(atur)e
(con)temperantiam influit et effluit
om(n)e quo id(e)e cor(pus) uegetatur et re
gitur · S(un)t u(er)o (est) ut(r)iusq(ue) quedā similia
corporis s(cilicet) sp(irit)us suprem(us) et sp(iritu)s infim(us)
in quib(us) s(u)n(t) natura (con)similes p(er)so(n)a
li(ter) uniti facile uniri possunt ·
Similia namq(ue) gaudent similib(us) ·
Itaq(ue) anima que u(er)e sp(irit)us est · et caro
que u(er)e cor(pus) est · in suis extremitati
b(us) facile et (con)uenient(er) iunguntur ·
i(d est) in phantastico a(n)i(m)e q(uo)d cor(pus) n(on) est
s(ed) simile corpori et sensualitate
carnis que fere sp(irit)us est q(ua) s(ine) hac
anima fieri n(on) p(otes)t · Sicut enim
supremum est a(n)i(m)e intellia s(u)n(t) i(n) q(u)o
ymaginem et similitudine(m) sin
git superioris · i(d est) dei · Vn(de) et ei sus
cepta esse potuit et ad unitatem
p(er)sonale etiam q(uod) ip(s)e uoluit
absq(ue) ulla demutatio(n)e n(atur)e
fuit · sic supremum carnis · i(d est) se(n)
sualitas anime gere(n)s similitu
dines ad p(er)sonalem unitatem
ei(us) (con)cordiam suscipere p(otes)t · Nec
illud mirum est cum (est) ui(s) se sur

memoria p(er)ceptibilis quedam (est) imita
tio rationalitatis et in appetitu nobili
tatis · et in hiis que refugit repro
bationis sp(irit)us · Nam q(uia) cor(pus) q(u)o(d) (com)pat(itur) u(er)e
est cor(pus) et sensu suo (inter)ius multa disc(er)
nit et in (con)cupiscibilitatis eligit et
n(on) irascibilitatis ad ymaginem su
me uite p(er)fruitur · P(ri)mus ei(us) gradus
corporee uite est sensificus · Secundus
p(er) h(oc) ingrediens ymaginatio ·
Tercius p(er) ymaginem (con)ceptorum
memoria · Quartus p(er) sensum pas
siones quedam s(un)t discrete intellig(entie) p(ro)
uidencia · In qua quid(em) q(uo)d rationi
ymago est et nulla ratio (est) in hiis o(mn)ib(us)
corporea uita sp(irit)uale uitam imi
tatur · primum i(de)o q(uo)d sentit so
i(de)o q(uia) sensu (con)cipit · t(er)tium i(de)o q(uo)d
(con)cepta retinet · quarto i(de)o q(uia) cog
(nit)ui in ymaginatis siue i(n) sensib(us)
s(e)c(un)d(u)m quandam ro(n)is similitudinem ·
sui ad appetendum siue ad fugi
endum se inflectit · Conuenien
cientissima a(utem) s(un)t media carnis et
anime · sensualitas carnis q(ue)
maxime ignis est et phantas
ticum sp(irit)us q(ui) igneus uigor d(icitu)r ·
Vn(de) et quidam de animalib(us) loq(ue)ns
ait · Igneus est illis uigor et ce
lestis origo · mira societas car
nis et a(n)i(m)e · sp(irit)us uite et limi terre ·
Sic enim scriptum (est) · Fecit d(eu)s hominem
de limo terre et i(n)spir(auit) ei sp(iritu)m uite ·

dans ei sensum et intellectum ut per
sensum mundum sibi sociatum vivi
ficaret et per intellectum regeret et ut
per intelligentiam intus ingrederetur et
contemplaretur dei sapientiam et per sen
sum foras egrederetur et contempla
retur dei sapientiam. et per sensum
foras egrederetur et contemplaretur
opera sapientie. intellectu intus illustravit
sensu foris decoravit ut in utroque
refectionem inveniret intus ad feli
citatem foris ad iocunditatem. Sed
quia bona exteriora dimittere non pos
sunt iniquus est homo ab exterioribus
ad interiora redire et ab interioribus
ad superiora ascendere. Tante siquidem
dignitatis est humana conditio
ut nullum bonum preter summum
bonum ei sufficere possit. Ple
num fuit miraculo quod tam diver
sa et tam divisa ad invicem
potuerunt coniungi. nec minus mi
rabile fuit quod limo nostro deus se
ipsum coniunxit et sibi invicem
unirentur deus et limus tanta sublimitas
et tanta vilitas. sicut enim deo sub
limius nichil limo vilius. Mirabi
lis fuit coniunctio prima mira
bilis et secunda. nec minus mirabi
lis erit et tertia. cum homo et angelus et
deus unus erit spiritus. Eodem namque
bono bonus est angelus quo et homo.
eodem bono uterque est beatus si am
borum tamen idipsum eadem voluntate
eodem spiritu cupiunt. Si enim
tam dispares naturas carnis et anime
ad unam federationem atque ami
ciciam deus coniungere potuit. ne
quaquam erit impossibile rationalem
spiritum qui usque ad consortium
terreni corporis humiliatus est cum
corpore glorificato in sit ei glorie
quod fuit carnis ad consortium beatorum
spirituum qui in sua puritate
persistunt exaltare atque ad su
e glorie participationem sublimare.
Ad hoc siquidem sola caritate nul
la necessitate illum creavit alti
ssimus ut sue beatitudinis parti
cipem faceret. Si ergo tam gran
dium et tanta leticia est ista
vita temporalis que constat ex presentia
spiritus in corpore corruptibili quan
ta leticia et quantum gaudium
erit in vita eterna. que constat
ex presentia deitatis in spiritu ratio
nali. Coniungetur enim tunc totus animo
animus deo et unus spiritus erit cum eo.
ita tamen si in humilitate permanserit
et gratiam sui creatoris per
quam glorificandus est agnoverit.
Ex carne et anima constat homo
et utriusque bonum suum habet in quo gau
det et exultat. Bonum anime deus est
cum affluentia deliciarum suarum. Bonum
carnis mundus est cum affluentia

ietum civitatis sue. Si mundus iste
exterior est, deus autem interior. Ni-
hil enim eo interius et nichil eo presen-
tius. Interior est omni re quia in ipso
sunt omnia. Exterior omni re quia ipse
est super omnia. Ab hoc mundo er-
go ad eum redeuntes et qui ab
hinc sensu ascendentes per
nosmetipsos debemus transire
ad deum. Hoc est intrare ad semet
ipsum et non solum ad se intrare sed
ineffabili quodammodo in intimis
se ipsum transire. Qui interius in-
trans et intrinsecus penetrans
se ipsum transcendit, ille veraciter
ad deum ascendit. Ab huius igitur
mundi distractionibus cor nostrum
colligamus et ad interna gaudia
revertamus et si cor nostrum semper
tenere non possumus, saltem ab illi-
citis et vanis cogitationibus restrin-
gamus ut aliquando in dulcedine contem-
plationis divine animam figere valea-
mus. Hec est enim requies cordis
nostri cum in dei amore per desi-
derium figitur. Hec est vita cor-
dis nostri cum deum suum contem-
platur et ipsa sua contemplatione
suaviter reficitur et dulce est illi
semper ad considerandum quod ad a-
mandum et laudandum. Spes sua
ve. Sic ei ad beatam vitam
prestantius videtur quam vixit

clausis carnalibus sensibus exterius car-
nem mundumque et ceterum quem-
piam intuetur, semetipsum contra alienum
que ceterum a mortalium cupiditatibus
sibi soli et deo loqui. Quomodo anima et
Cum sit corporea administrat
anima incorporea per subtilio-
rem tamen corporis sui,
id est per ignem et aerem que in ipso
quoque mundo precellentia sunt
corpora, et ideo magis spiritui similiora,
corpus administrat. Ista siqui-
dem priora excipiunt vim anime
vivificantis eo quod incorpore na-
ture sunt propinquiora quam humor
et terra, ut ab eorum primum ministeri-
um tota moles administretur.
Nullus sine his duobus vel in corpo-
re sensus sunt vel ab anima spon-
tanei corporis motus. Ignis et aer
quia levia sunt movent terram
et aquam que gravia sunt. Quod
proprie etiam corpora post abscessum
anime moveri videmus quia
ignis et aer qui duo per anime pre-
sentiam tenentur in corpore
terreno et humido ut omnium quali-
tas fiat temperatio. Post eiusdem
anime abscessum ad supera
evadunt ac se se expediunt. Corpo-
ris autem sic fit compositio. Corpus
constat ex officialibus membris. Of-
ficialia membra ex similibus

ex humoribus, humorum ex elementis
ex elementis et nichil horum est anima
sed ministri tamquam in organis agentis.
Et per haec corpori coordinata fuerunt et con
sulit et huic vitae in qua factus est
in animam vivam. Cum tamen temperata
et ordinata fuerint, congruunt unifi
catori, et in unum quasi recedit anima.
Si vero distemperata fuerint, in
vita recedit, secum trahens omnia:
sensum scilicet, ymaginationem, rationem et intel
lectum, intelligentiam, concupiscibilitatem
et irascibilitatem. Et ex his secundum meri
ta afficitur ad delectationem sui, ad
dolorem. Corpus autem quod prius integrum
tamquam organum contemperatum et dis
positum ut melos musicum inde conti
neret et tactum resonaret, nunc
constrictum et inutile ad recreationem
iacet. Anima vero recurrentibus ad re
gionem suam electorum partibus, non tamen
nisi vires suas exerceat, requi
escit ab omnibus motibus quibus corpus
per tempus et locum movebat. Ipsa
per tempus illocaliter mota, quando et si orga
num per ut sic non melos nec per or
ganum movebat. De motu animae

Anima interdum et cogitationes
postea per tempus movetur, vel remi
niscendo quae oblita fuerat,
vel discendo quae ignorabat, vel vo
lendo quae nolebat. Per locum autem non mo
vetur, quia per loci spatia non distenditur.
Deus autem corpore non eget ut sit, nec
loco ut alicubi, nec ipse tempore ut aliquando, nec causa ut alicunde, nec for
ma ut aliquid, nec aliquo ge
nere subiecti in quo subsistat vel
cui assistat. Habet anima quandam
propriam rationem omnibus his mun
danae molis essentiis excellenti
orem, quae variari non potest in
aliqua phantasia corporalium
ymaginum quas per sensus carnis
percipimus cogitari, sed mente intel
ligi vitaque sentiri. Intelligi
potest, sentiri non potest. Non enim
est Deus neque corpus neque vita sensibilis, qualis
in arboribus, nec vita non rationalis, ali
mentalis qualis est in animalibus. loco
Sed vita et vita quidem perpetua, nec
quidem minor quam singulorum
in futuro quam angelorum, si ex praecep
to creatoris hic vixerit. Praeceptum enim
est ut in dilectione vivamus. O anima, perma
nete itaque in dilectione mea. Per
dilectionem namque rationalem creaturam
sibi copulavit, ut eam semper
haberet et in ipso maneret, de eo in eo
delectans, gaudens et exultans.
Per dilectionem creatori suo et sibi
invicem rationalis creatura copu
lata est. Solumque est dilectionis
vinculum quod ligat vel sicut in idip
sum. Per amorem Dei omnes ei
adhaeremus, per amorem proximi

omīs ad inuicē unū sunt ut
bonū omnium fiat singlor
⁊ qđ quisq; in se ñ ħt in alio
possideat. Caritas est uia dei
ad homines ⁊ uia hoīm ad de
um. per caritatem eñ uen-
deus uenī ad homines. uenit ī ho
mines factus ho. per caritatē
hoīes elegunt diligē deū. ad
deum currūt ⁊ ad deū puen
iunt sic familiaris est deo ca
ritas ut mansionē habē
noluit ubi ñ ē caritas. Mi
ser ego quantū debem diligē
deum meū qui me fecit cum
ñ essem. redemit cū pissem.

Non De beneficiis dei
enī ⁊ de nichilo fecit me
sicut lapidē ñ auem uō
arborem. sed aliqđ ex aīalib;
si hoīem uoluit me eē. Dedit
michi uiuere. sentire. disē
nere. pietam ⁊ ad mortalem
descendit mortalitatē susce
pit passionem sustinuit mor
tem uicit ⁊ sic me restaura
uit. pietam ⁊ abierum qm
in peccatis meis uerumdatus
erā. Venit ille post me ut
redimeret me. ⁊ tm̄ dilexit me
ut sanguīs sui pciū daret
pro me tali siquidē pacto ⁊ re
duxit me ab exilio. ⁊ de suitō
redemit me. sponsuē ḡ suo uoca
uit me. ut memoriale suū
semper esset apud me. Vnxit
me olo leticie quo ipē unctus
ut ab uncto essem unctus ⁊ a xpo
diceret xpianus sic aūt gr̄a ei
⁊ mīa semper puenert me.
De multis naq; tribulōnib; libe
rauit me. liberator mūs qn̄ erra
bā reduxit me. qn̄ ignorabā
docuit me. qn̄ peccabā corri
puit me. qn̄ tristabar ɔsola
tus est me. qn̄ desꝑabā ɔforta
uit me. qn̄ iacebam erexit. qn̄ ceci
di erexit. qn̄ steti tenuit. qn̄
ueni suscepit. hec ⁊ multa alia
fecit m̄ ds mūs de quib; m̄ dulce
semper erit loqui. semp cogita
re semper grās agē. ut p omi
b; beneficiis suis possim eum
laudare ⁊ amare cū ei cunctis sit
psidens singulos imples ubiq;
presens. cunctos curā agens
⁊ singlis qm̄ omnib; prudens ita
tom̄ ad meam custodiam oc
cupatum eū uideo. Si ego sic
custodiam mā stabo ut q omī
oblitus sit ⁊ michi soli inten
dere uelit. semper se psentē
exhibet semper se parm̄ offē
si me paratū inuenit quocūq;
uado ñ me desit nisi ego eū
prior deseram ubicūq; fuero

n recedet. qm ubiq est ut q
aiq iero inueniam eu cum
quo possim esse. quicquid fec
parit assistit ut pote ppetu
inspector omnium cogitatio
num et actionu mar. Quaqz
diligent osid ingenti rubore
ofundor. qr illu ubiq psente
michi et oia ocelta mea uidente
timeo. Multa enim irne st de
quib coram eo erubesco et pq
bz ualde illi displice timeo. n
p omib his quid illi respodea
habo tm nut diligam. Non enim
meli aut decenti quam p dulc
nem rependi pot. qd p dulc
ne datu e h pt re dicisse ut
dor s forte n pt ut uitatem
michi et hui qui sentiut grego
sentio. De amicicia a corporis

Anima ad animam.
Absentia sui cor unificat
et colligata est ei ut nec ca
nelit se in segregare possit nec
remise cu uisione sui creatoris
andiere. In uita siqd aie e
uita corporis et de morte corporis
descedit mors aie. Sicut ei aia
uita sua facit carne uiue et de
fonte nate sue irrigat amando
Sic caro p corruptela matie su
e aiam si cupiditatib illicitis
illigauit occidit et q alra n
uideatur alti transit uita aqs
i uitiis sun. i. ut aut carne
spualem anima st uirtutibs
pret. aut aiam carnale caro
uitiis ex es effitiat. Aia tm de
morte nich habere pot nisi
puita ex pmatu fuit irriga
ta. Nam altam in altius sum
transire n pot nisi aut ui
cus infecta aut uirtutib de
ta fuit. Hec insignita e aia
que arti decetur eggiis et dis
ciplinis instruit eximius
ut diuina sapiat et humana
tter ac sic cuncta animalia
decent excellat ut pote roal
suba. in hec enim pprie est aia
suba roalis sba. i. ipe roalis.
Immortalis est anima ne
a creatoris sui similitudie ui
deatur discrepare. Non enim
potat e ymago et similitudo
dei si mortis termino clauder
sed quedam modu uite que
nullomodo amittere pot
immortal est. sed no quan
da mutabilitate que pot l
detior fieri mortalis est et
sicut est mortalis cum bte
uite pdit. lz misere uite
amittere n possit sic respec
tu dei i corpei corpore est
sicut inuisibile et icorrup.

nate rotine
ad caro de m
ta pt n ab
aima fuit

artibz

n recine
ad caro
de uita p
n ab aia
fuit.

arti

incorporeum dicitur natura patris solum deum
i. patrem et filium et spiritum sanctum
qui ex eo incorporeus et invisi
bilis dicitur quia infinitus et incircum
scriptus simplex est et sibi om
nibus modis sufficiens se ipsum et
id ipsum et tamen ubique sit in semet
ipso dinoscitur invisibilis esse.
Omnis vero alia creatura corporea
est angeli et omnes virtutes cor
poree licet carne non subsistant
Ex eo intelligibiles naturas
corporeas esse dicimus. quia loco
circumscribuntur. sicut et anima hu
mana que carne clauditur
que idcirco et in loco et localis
dicitur. In loco quia hic alicu
bi presens est localis est quia
quod alicubi presens est totum
alicubi non est. non habet corporalem
dimensionem nec corporalem circum
scriptionem quam corpus quanti
tatis expers est. hoc quia per presen
tiam suam et in loco concluditur
localis et ipsa dicitur. Verum non
sicut corpus cuius loci principium
medium et finis assignatur
respectu in corpore nature que
summe inmutabilitatis est
aliqua. Corpus est anima quam tale ali
quid non est ipsa sed tamen pro loci spa
cium [illegible] sustinetur ut moveat
ut maiore parte sui maiorem
locum occupet et minore minorem
minor autem sit in parte quam in toto
per omnes siquidem particulas
tota sit ad eam nec minor in minoribus
nec in maioribus maior sed aliqua
intensius et in omnibus tota et sin
gulis tota est. Sicut enim ~~in tota~~
ubique deus est totus in toto mundo
et in omni creatura sua. sic anima
tota ubique est in toto corpore
suo tamen et in isto quodam modo
intensius tamen in cerebro et in corde
quemadmodum deus precipue in celo. QR

Anima in qualibet parte in toto corpore tota est

Invisibilis
et incorporea est anima. Si enim visi
bilis esset corporea esset et si corporea
esset partes esset et partes haberet in tota
simul in uno loco posset esse. Similiter
enim totum aut simul tangi potest aut sic
tangere potest. Anima in quibuslibet
motibus tota simul adest. tota
videt tota visorum meminit tota
audit tota sonorum reminiscitur
tota adorat tota odores recolit
tota per linguam et palatum sapo
res sumit et discernit. tota tan
git dura vel mollia tota simul
approbat vel improbat calidum
vel frigida. Summo tamen digito to
ta discernit tota est visus to
ta auditus tota meminit et cum
tota meminit tota est memoria

et cum tota vivit tota est volun-
tas. cum tota cogitat tota est cogi-
tatio. cum tota diligit tota est dilec-
tio. potest tamen ex parte cogitare et ex
parte diligere. **De affectionibus anime.**

Habet anima affectiones quibus exercetur ad
virtutes. Dolor namque
de peccatis timor de suppliciis de-
siderium de premiis gaudium
de profectibus quedam exercitia sunt
virtutum. Habet namque virtutes
quibus instruitur et armatur contra
vitia. Prudentia namque scit
quid debeat facere. Temperan-
tiam habet contra prospera fortitu-
dinem contra adversa. Justitia que
scit quid cuique debeat reddere.
Prudentia vero est scire quid pos-
sis. fortitudo facere quod possis.
Temperantia vero presumere
quod non possis. Justitia velle plus
quam possis. Prudentia in eligen-
dis. temperantia in utendis.
fortitudo in tollerandis. Justi-
tia in distribuendis. Prudentie
est nichil penitendum appetere
et nichil preter iustum facere. Tempe-
rantie est nichil nisi turpia
timere. et quicquid agimus
vel cogitamus ad rationis normam
dirigere. Fortitudinis est ter-
renas cupiditates non reprimere sed
penitus oblivisci. Justitie est om-
nem animi cogitationem ad solum
deum dirigere cuique tanquam
nichil aliud sit sola mentis acie
intueri. **De sacramentalibus virtutibus anime.**

Habet anima sacramentales virtu-
tes quibus initiatur scilicet fidem
sive sacramentum baptismi. Inunc-
tionem et confirmationem et quibus
cum deo consecratur. Habet etiam vir-
tutes quibus perficitur et
quibus deo copulatur ut est humili-
tas. puritas. caritas. Humili-
tas eam deo subicit. puritas iun-
git caritas unit. Habet quoque
anima vires quibus corpori com-
miscetur. quarum prima est naturalis.
secunda vitalis tertia animalis. et sicut
deus trinus et unus verus et per-
fectus omnia tenet omnia implet
omnia sustinet. omnia superexcedit
et circumplectitur. sic anima hiis
tribus viribus per totum corpus
diffunditur. non localis distan-
tie sed vitali animatione.

Naturalis virtus operatur in epa-
te sanguinem et alios humores
quos per venas ad omnia cor-
poris membra transmittit ut in
augeantur et nutriantur. Vis ista quadri-
faria dividitur. Dividitur namque in
appetitivam. retentivam. expul-

distributiuam

siuam et discretiuam. Appetitiua que necessaria corpori appetit. Retentiua retinet sumpta donec ex illis utilis digestio fiat. Expulsiua necessaria et superflua expellit. Distributiua bonos bonorum ciborum humores omnibus membris distribuit et ubique expedit. De triplici uirtute anime scilicet uitali naturali et animali.

Virtus uitalis est in corde que ad contemperandum feruorem cordis aerem hauriendo atque reddendo uitam et salutem toti corpori tribuit. Aer namque sanguinem purificatum per totum corpus impellit per uenas spirituales que arterie uocantur ex quarum motu temperantiam et distemperantiam cordis physica cognoscitur.

Virtus animalis est in cerebro et inde uirtute facit .v. scilicet corporis. Inde etiam uoces esse membra mouere. Tres namque sunt uentriculi cerebri. Vnus anterior ad omnes sensus. Alius posterior ad omnes motus. Tertius intermedius medius id est rationalis scilicet corporis. Sic fiunt ergo in corpore subtilissimi et ob hoc anime similes et uicinius quam cetera id est lux per primum poros oculos diffunditur emicatque radius oculorum ad uisibilia intuendum. Deinde miscetur quadam primo cum aere puro secundo cum aere caliginoso atque nebuloso. Tertio cum corpulentiore humore. Quarto cum terrena crassitudine. Quinto scilicet cum ipso sensu oculorum perficitur visus non ipsa sola excellit. Isti scilicet qui in sola facere locati sunt. Id scriptum esse arbitror quando initiate hominis insufflauit deus spiraculum uite factus est in animam uiuentem. Anterior quippe pars cerebri posteriori merito preponitur quia ista ducit et illa sequitur ab ista scilicet ab illa motus sicut consilium precedit actionem. Iste uires tam corporis quam anime dici possunt quia ab anima in corpore fiunt nec sine utroque fieri possunt. In prima parte cerebri uis animalis fantastica et ymaginaria quia in ea rerum similitudines corporalium et ymaginationes continentur. Vnde et fantasticum dicitur. In media parte cerebri uocatur rationalis quia ibi examinat et iudicat ea que per ymaginationem representantur. In ultima parte uocatur memorialis quia ibi commendat memorie que iudicata aliquando utique et quibus quo cum sentimus quod .v. corporis sensibus faciamus. Aliquando quoniam communis secundum corporibus communes similia ubi

et nos ipsos et alia quae similes corporibus intuemur. Aliud quo nec corporum similitudines sed spiritum, sed illas res quae non habent ymagines sui similes, sicut est deus et ipsa mens rationalis vel intellectualis vel ratio, sicut et virtutes, prudentia, castitas, iustitia, caritas, pietas, et quaecumque aliae sunt quas intelligendo vel cogitando enumeramus, discernimus, diffinimus.

Anima non est corpus, quamvis non omnis similitudo corporalis corpus est. Dormienti enim et in somnis tibi similitudo corporis apparebit; sed id corpus tuum non est, et anima tua nec tamen corpus, sed corporalis similitudo. Iacebit enim corpus tuum, et ambulabit illa; tacebit lingua corporis tui, loquetur illa; clausi erunt oculi tui, illa videbit; et caro tota integra erit, et cruciatur similitudo carnis tuae. In hac similitudine quae per loca cognita et ignota discurrit, sentit laeta vel tristia. Anima autem mortui sicut et dormientis in ipsa similitudine corporis sui sentit sive bona sive mala; non sicut tamen corporalia, sed corporibus similia, quibus animae corporibus exutae afficiuntur seu bene seu male, cum et ipse sibi corporibus similes sibimet appareant. Est tamen et vera laetitia et vera molestia facta de substantia spirituali et substantia spirituali. Certum namque est quandam spiritualem naturam in nobis esse ubi corporum similitudines aut formantur aut formatae ingeruntur, sive cum praesentia aliqua corporis sensu tangimus, et continuo eorum similitudo in spiritu formatur et in memoria reconditur, sive cum absentia tamen nota vel quae non novimus cogitamus, ut inde quidam spiritualis intellectus; sive innumerabilia etiam pro arbitrio et opinione fingimus, quae vel non sunt vel esse nesciuntur. Sive innumerabiles quae variae formae rerum in animo nostro versantur vel cum aliquid facimus vel cum facturi sumus; sive aliquo spiritu rapiente tollitur anima in visibilibus videnda seu bona seu mala. Sive nimia quae intentione cogitationis vel aliqua vi morbi, ut in freneticis per febrem accidere solet, seu commixtione cuiusdam spiritus alterius seu boni seu mali, ita corporum rerum ymagines in spiritu imprimuntur tamquam corporis ipsius corporis sensibus praesententur, ut absentia videantur tamquam praesentia, et quae non sunt tamquam procul assistit adormientibus, et multa videntur vel audiuntur vel aliquid significantia. Unde ymagines rerum corporalium tanta impressione praesententur in somniis quanta

⁊ ipsi corpora presentantur vigi
lantibus ut intus in visione dormi
entium ⁊ etiam cogitantium vigi
lantium non discernatur. sed
continuo eis caro moveatur, contra
ria proposito sunt ⁊ contra licitos mo
res concumbere videantur ⁊ quod fuit
collectum est per genitales vias
emittatur. hunc motum casti
vigilantes prohibent. dormientes
autem ideo non possunt quia ipsam pre
stare non habent ymagines corporales expressionem
qua caro naturaliter movetur
⁊ sequitur quod hunc motum sequi solet.
⁊ quod sine peccato a vigilantibus fieri
non potest sicut in spiritu ⁊ corporalium
rerum ymagines apparent ⁊ multa
pro arbitrio finguntur. ⁊ preter
arbitrium demonstrantur. ipsa
namque anima que motum proprio semper
in motu est quia per corpus non finitur vel
plene non sentitur. corporalia senti
re vel ad corporalia vim sue in
tensionis dirigere corpore so
pito corporalium similitudines
aut ipsa agit sicut ymagines
corporum cogitando ex se ipsa
formare assolet. aut obiectas in
tuetur cum in eas videndas ali
quo spiritu assumitur. Quod invisi

Anima invisibilis est anima
est substantia spiritualis simplex
indissolubilis. incorporea

passibilis. atque mutabilis ca
rens pondere figura ⁊ colore non est
credenda pars substantia dei. nec
de substantia dei vel quorum elementorum ma
teria. sed ex nichilo est creata. si enim
ex se ipso deus eam fecisset neque
aut mutabilis aut misera esset.
si autem ex elementis facta fuisset esset
corporea. Sed cum sit incorporea ig
nota habens originem initium habet.
finem non habet. ⁊ cum sit spiritualis nature
nichil habet commixtum. coniunctumque ter
renum nichil humidum aereum
vel igneum. Nullum habet calorem nul
lo loco continetur nullis membris
circumscribitur nullo spatio fi
nitur. sed ita est cogitandi ⁊ intelli
genda. sicut sapientia iusticia ⁊ cetere
virtutes ab omnipotente creatore.
Natura anime invisibilis est ideo
invisibiliter in corpore manet ⁊ de
corpore invisibiliter egreditur per
corporis oculos videri. sicut celum ⁊ terram
⁊ que in eis sunt conspicimus oculis
nostris spiritum ⁊ corporum similitu
dines intuemur. quicquid enim
corpus non est ⁊ tamen iam adest recte
spiritus dicitur. Ideirco quandam in ecclesia
spirituali rapitur anima ut inde expres
sas quasdam rerum similitudines corporum
in spiritu videat. sed invisibilem ea que nec
sint corpora nec corporum formas habent conspiciat
sicut est iusticia. sapientia ⁊ virtus.

ipsa mens et omnis affectio bona.
Sunt tria genera visionum mani
festa satis. Primum corporale quo per
corporis sensus corpora sentiuntur. Secundum
spirituale quo corporum similitudines spiritu
non mente cernuntur. Tercium intellectua
le quo illae res que nec corpora sunt nec cor
porum formas habent conspiciuntur.
In intellectuali visione numquam fallitur
anima. aut enim intelligit et verum est
aut si verum non est non intelligit.
In visione autem corporali sepe fallitur
cum in ipsis corporibus fieri putat
quod fit in corporis sensibus sicut navi
gantibus videtur terra moveri que
stat et intuentibus celum sidera stare
que moventur et divaricatis oculorum
radiis una res duas habere for
mas videtur et unus homo duo ca
pita habere et in aqua remus vide
tur fractus et multa huiusmodi.
In visione spirituali fallitur anima
et illuditur quoniam ea que videt
aliquando vera aliquando falsa. aliquando perturbata.
aliquando tranquilla sunt. ipsa autem vera aliquando
futuris omnino sunt similia vel aperte dicta
aliquando obscuris significationibus et quasi
figuratis pronunciata. In ex
tasi vero quando ab omnibus corporis
sensibus alienatur et avertitur anima
amplius quam in sompno solet sed
minus quam in morte non fallitur sed ipsa
mente divinitus adiuta vel aliquo

ipsa visa exponente sicut in apoca
lipsi exponebantur magis re
velato est. Quando enim bono spiritu assu
mitur anima falli non potest quia sancti ange
li miris modis visa sua facili
quadam ac prepotenti iunctione vel
commixtione nostra esse faciunt et visi
onem suam quadam ineffabili mo
do in spiritu nostro informant. Ipsi
siquidem humanis cogitationibus iudicandis
atque ministrandis presunt et earum
significatas similitudines in spiritu
nostro discernunt et rata potestate quadam im
mittant ut eas possint in spiritibus
hominum revelando miscere.
Inde est quod angelus domini ap
paruit in sompnis ioseph
dicens. Noli timere mariam
accipere coniugem tuam. Tolle
puerum et cetera. Deus autem per prophetam
dicit. Effundam de spiritu meo super
omnem carnem et iuvenes vestri
visiones videbunt. senes vestri som
nia sompniabunt. Sunt et alia visa
usitata et humana. que vel ex ipso nos
tro spiritu naturaliter existunt
vel ex corpore spiritui quodammodo sugge
runtur. sicut fuerint affecti car
ne vel anima. Non solum enim vigi
lantes homines cogitationes suas vigilan
do versant in similitudinibus corpo
rum verum et dormientes sompniant quo
indigent et negocia sua gerunt

exhat cum cupiditate cibis et
potibus inhyant instar si
forte esurientes sicientes que dor
mierint. Vigilantibus quoque quedam in
stinctu occulto ingestas esse
cogitationes quis dubitaverit novimus
sicut cayphas pontifex prophetavit
cum ei intentio prophetandi volunta
te non haberet. Multa inde anima tradere
est natura visionis sive vigilantibus sive
in dormientibus sive egrotantibus quam
non ex alio genere sunt que videntur quam ex
natura spiritus de quo vel fiunt similitudines
corporum. Obturatas namque vias senti
endi habent ut videant quasi sompni
antes videntur visa sicut quidam fre
neticorum similia sunt visis sompnian
tium. Visa et sompniantium similia sunt
cogitationibus vigilantium. Dormientibus
quippe in cerebro consopitur via
sentiendi que intentionem
ad oculos ducit. ideoque ipsa intentio
in aliud versa cernit visa sompni
orum tamquam species corporales
assentit ut si dormiens se vigilare
videatur et non similia corporibus sed ipsa
corpora intuitum se putet. Ego autem
multo amplius admiror et vehe
mentius stupeo quanta celeritate et
facilitate in se anima fabricet yma
gines corporum que per oculos viderit.
ut freneticorum vel sompniantium
vel in extasim fiunt visiones quo

in quo

quo

sibi

que illa natura visorum est procul dubio
corporea non est. Non enim corpus visa illa yma
gines in spiritu faciunt nec vim habent ut
aliquid spirituale formet. Sed ipse
spiritus est in celeritate mirabili ut porte
spiritum virtualiter et vital. De somp-
nijs

Omnium igitur que
sibi videre videntur dormientes
quinque sunt genera. scilicet oraculum.
visio. Sompnium. insompnium.
fantasma. Oraculum est cum in sompnis
parens vel aliquis sanctus grandisque persona
seu sacerdos vel deus eventurum quid
aperte vel non eventurum faciendum
vel evitandum denuntiat. Visio est
cum quis videt quod eodem modo quo
apparuerat evenit. Sompnium est
figuris tectum et sine interpretatione
intelligi non potest. Insompnium est quando
id quod fatigaverat vigilantem
ingerit se dormienti sicut est cibi
cura vel potus vel etiam studia vel artes
vel infirmitates. Secundum namque stu
dia que quis exercuit sompniat
et solitorum actuum simulacra in presen
cia mentis in ipsa apparent in sop
nis. Iuxta et infirmitatum diversi
tates diversa exercent sompnia et secundum
morum et humorum varietatem va
riantur et sompnia. Alia enim
videt sanguineus. alia colericus.
alia melancolicus. alia flegmati
cus. Hii vident varia et rubea

isti alba et nigra. Fantasma est cum
quis vix dormire ceperit et adhuc
vigilare se existimans aspicere
videtur irruentes in se vel passim va-
gantes formas discrepantes et varias
letasque et turbulentas. In hoc ge-
nere est ephyaltes quem publi-
ca persuasio quiescentes opinatur in-
vadere et pondere suo pressos ac sentien-
tes gravare quod nichil aliud est quam
quedam fumositas a stomacho re-
cedens ad cerebrum ascendens et ibi
virtutem animalem opprimens. Dicit enim humana
opinio quod quadam arte magica vel
potestate demonum homines pos-
sint converti in lupos et iumen-
ta et quecumque necessaria portare et per-
peracta officia iterum ad se redire.
nec tamen in eis mentem bestialem sed rationa-
lem humanamque servari. Hoc sic in-
telligendum est quod demones naturas non
creant sed aliquid tale facere possunt
ut videantur esse ea que non sunt. Non enim
aliqua arte vel potestate anima sed nec corpus
quidem aliqua ratione in membra et line-
amenta bestialia vere converti potest.
Fantasticum quidem hominis in cogi-
tando seu sompniando per rerum
innumerabilium genera variatur. et
tamen cum non sit corporeum similes
formas mira celeritate capit.
Sopitis autem et oppressis corporeis
hominis sensibus ad aliorum sensum

figura corporea perferri potest. ita
tamen quod corpora ipsa hominum
alicubi iaceant viventia quidem
sed multo gravius oppressis quam a
sompno et sensibus obseratis.
Fantasticum autem illud velut incor-
poratum in alicuius animalis formatum
ymagine alienis sensibus appareat
talisque homo videatur qualis sibi
videri posset in sompnis et porta-
re honera. ipsa que honera si vera sunt
corpora portantur a demonibus
ut illudantur hominibus partim vera honerum
corpora partim falsa iumentorum cernentibus.

De obsessione humani spiritus a
Humanum malo sive bono.
spiritum alii boni alii autem ma-
li spiritus assumunt. nec facile discer-
ni potest a quo spiritu assumatur
nisi quia boni instruunt mali
fallunt. Fallunt autem sepe in mani-
festis visis ut cum sibi in eis crediderint
fiunt ad sua se ducant. Sic plerumque
humanum spiritum rapit ut quadam
ecstasi mixta qui inde spiritus videa-
tur. et spiritus patientis et spiritus illius
vexantis ut in demoniacis
videmus. Mentem tamen hominis replere
nulla creatura valet sive habitare
ipse potest nisi sola trinitas.
Implere autem dicitur Sathanas mentem
alicuius et principale cordis non in-
grediendo quidem in eum et in sensum eius

sed fraudis iniquitate atque omni ma-
licia illius. Nectens atque sectinc-
tus. Affectu namque trahitur per co-
gitationes et intentionem in eorum quin-
bus ipse plenius est ut potest fallax
et fraudulentus. deceptor animarum
non est per principium nature sed
culpe ut quidam putant quamquam
implet dyabolus autem est imitator
efficitur sed per fraudulentiam decep-
tionum atque maliciam imitatur
deus quem implet. Solus enim tenta-
tus est intus et implens. Demones
quadam celeritate precellunt.
Demones acumine sensus
et celeritate motus aerii corpo-
ris terrenorum corporum sensum faci-
le precellit et quedam incognita pre-
nunciant que homines mirantur
propter tarditatem terreni corporis
Accessit autem demonibus per tam lon-
gum tempus quo eorum vita pro-
ditur tam longe maior experientia
quam hominibus potest evenire propter brevi-
tatem. Iccirco quedam futura
predicunt mira faciunt quibus
alliciunt et seducunt. Unde quedam
mulieres post sathan converse illu-
sionibus et fantasmatibus seduc-
te credunt se et profitentur nocturnis
horis cum dyana paganorum
dea vel cum herodiade innumera multi-
tudine mulierum equitare et eaque

et quidam

iussibus obtemperare. Ipse autem sat-
hanas qui transfigurat se in
angelum lucis cum internum equi multi-
eris cepit et hanc sibi per infide-
litatem subiugavit illico transformat
se in diversarum personarum species et similitudi-
nes et mentem quam captivam
tenet in sompnis deludens modo le-
ta modo tristia modo cognitas
modo incognitas personas ostendens
per devia quedam ducit et cum solus spiritus hoc
patiatur infidelis non in animo sed in cor-
pore evenire opinatur. Ideo nimis
stulte et hebes est qui hec omnia que in spiritu
fiunt et accidunt in corpore arbitratur
cum ezechiel et alii prophete iohannes
et evangelista et alii apostoli in
spiritu non in corpore visiones viderunt.
Quomodo dormientibus mortu-
um homines vivi appareant
vivi vel mortui hominibus
dormientibus vel vigilantibus ap-
pareant non in ipsis rebus ut se vi-
dentur in quibusdam similitudini-
bus. Istud autem angelicis operibus
fieri credimus per dispensationem provi-
dentie dei bene utendo bonis et
malis secundum inscrutabile altitudinem iudiciorum in-
dicorum suorum sive per hunc instruat
mentes mortalium sive fallat. Sive soletur
sive terreat sicut unicuique vel prebenda est
misericordia vel irroganda pena. Ab eo ac ius-
ticia miram et mutuam non manet

catur esse. Ibi siquidem sunt spiritus mortu
orum ubi non vident nec audiunt que aguntur aut
eveniunt in ista vita hominibus. Ita
tamen cura est eis de vivis, quamvis quid ag
ant nesciant, quemadmodum nobis cura est de mor
tuis, quamvis quid agant utique nesciamus.
Nesciunt quidem mortui quid hic agatur, sed
dum hic agitur; postea audire possunt ab eis
qui hinc moriendo ad eos pergunt. Non
quidem omnia, sed que sinuntur etiam indaga
re et eos oportet audire. Scire etiam possunt
ab angelis qui hic nobis presto sunt et alia quando [?]
tum ad illas deferunt. Spiritu etiam reve
lante scire possunt que hic aguntur, que necesse est eis
nosse. Et vivi etiam ex mortuis ad vivo
s mitti possunt, non per propriam substantiam, sed
per dei potentiam. Verum autem ista fiant, utrum
autem per eorum presentiam aut per angelos
suscipientes eorum personam affirmare
non audeo. Deus ei omnipotens qui ubique est
presens per angelica ministeria usquequaque
diffusa potest hominibus ista prestare solacia
quibus in huius vite miseria iudicat
esse prebenda. De potentiis anime et

Potentie autem virtutibus.
atque virtutes longa exercita
tione atque successu temporis crescunt,
que in nonnullis non decrescunt. Sed autem in
pervenit membrorum autem humorum qua
litudine et eorum conventione impedita vi
res suas exercere non potest. Anima dum
corpore exercitata est, vivit, videt, audit,
tangit, olfacit atque ingenia invenit

rem ut potest patitur [?] circa et perpetua
sic et cetera [?] usque est quamdiu fuerit in ipsa [?]
nec est anima ubi corpus non erat [?]
Ibi est deus, tamen non est terra nec est mundus nec est cetera [?]
mundus ecce dimittet. Sicut sepe dictum est, incor
porea est anima, portat tamen huiusmodi similitudinem
corporis non corporalem, quod sed corporis similem et corporum
omnium membrorum est de corpore egreditur. Sed enim
autem ad spiritualia pervenit [?] autem aliquo
corporalia similia corporibus quia sepe de
monstratum est his qui rapti sunt a
corporeis sensibus et mortui similes iace
bant cum et ipsi se ipsos gererent similitudi
nem corporis sui per quam possent ad talia
ferri et talia similia sensibus experiri. Unde
si quidem que in corporibus inveniuntur predilecte
rent visibilibus tamen corporalibus ymaginibus affici
untur, aeris extremitates eiusdem yma
ginibus tormenta patiuntur. Propterea cum corporali
bus passionibus ibi teneri possunt, quia a cor
ruptione corporum alieni [?] affectionum hinc datur
nisi quod corpulentiam de corporeis di
lecte traxerunt, puniuntur. Et quidem non
abditis receptaculis usque ad ultimam
resurrectionem continentur sicut unaquaeque digna est
requie vel miseria. De egressu
Multa de anima dixi. anime.
Sed nondum dixi quando sive qualiter de corpore
egreditur. Hoc autem dicere non possum, quia non
initium meum vel finem scio. Nescio
unde venio autem quo vado. Sed plane
scio quod mortales sumus et veli
mus nolumus omnes moriemur. Sicut enim

vbi

angelis

per ea

in corpore sic anima ubique

in se [?] ipso sic ubique

quidam anime et eisdem locis quibus culpam gesserunt

morte eius. nichil hora mortis incertius. Nam nescimus quando aut quomodo aut ubi moriamur. quem mors ubique expectat nos. Ideo semper debemus esse parati ut cum tempus reuertendi ad terram unde sumptum est, spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Illud siquidem non mouere debet quod a bonis auctoribus sapientibus in se homo diffinitus est animal rationale mortale. hec generis posito quod animal dictum est. additas duas differentias uidemus quibus ammonendus erat homo. et quo sibi esset reditus et unde fugiendum. Sicut enim progressio anime usque ad mortalitatem lapsus est. sic regressus eius usque ad corruptionem debet esse contra inpugnantibus uiciis resistere ualeat ut secundum rationem suam teneat ordinari appetat. scilicet illo. scilicet a quo regi debet. et supra ea que regere debet. Uno uerbo quod rationale dicitur separantur a bestiis. alio quod mortale dicitur a diuinis. Illud nisi tenuerit bestia erit. hinc nisi adheserit diuina tio erit. Ideo ut homo sibi incognitus se cognoscat magna opus est consuetudine recedendi a sensibus ut animum ad se colligat et in se ipso retineat. hinc siquidem sensibus impeditur anima ne queat se ipsam posse in auctore suum consola et simplex sit ut tus oculis intueri deus. anima namque rationalis inter eas res que a deo condite sunt

super omnia et id proxima est cum pura est et in caritate cohesit. in rationali illo lumine intelligibili quodammodo illustrata non per corporales oculos. sed per suum ipsius principale et excellentiam deum cernit a quo est perfectissima plenitudo et beatissima uisio qua uisione ut beata sit remoueat a consideratione sua omnes noticias que per corporeis sensus extrinsecus capiuntur quam namque corporalia eorumque similitudines sensus et ymagines in memoria in se ipse cum recordando reuiuiscet uel reuiuiscet ad exteriorem hominem pertinet quorum utilis cum uicus omnia exteriora percipiat. omnes quoque tamen nichil se ipsa presentius est quam uiua interiora non similata sed uera presencia unde se ipsa nichil certam nouit mens quam id quod sibi presto est. nec mihi quicquam tam presto est quam ipsa sibi. nam cognoscit uiuere se intelligere et uelle se cogitare scire iudicare. hec omnia nouit in se non ymaginatur quasi extra se illa aliquo sensu corporis tetigit sicut corporalia quia tanguntur exteriorum cognitionibus si nichil sibi affigat ut tale quid se esse putet quicquid in ea de se remanet hoc ipsum solum est ipsa. nichil habet enim tam est in mente quam ipsa mens que se ipsam querit non querat sic mente cogitat quando mens. Cum enim querit mens quid sit mens se ipsam querit et enim se aliquid querit quod se ipsa. cum enim querente se no-

uit sentitur notitia et ideo quod novit totam notitiam atque in se totam novit. Et si praeterea se non totam quaerit, tunc quae se totam quaerit, quae se totam quaerit tota sibi praesto est. Nichil sibi seipsa praesentius esse potest. Quid ergo de se quaerit? id est quod similis et quod dissimilis deo, quod humilis et quod devota, quod pura et quod sancta. Sed quia istis corporibus quae cum amore percogitat et quibus amore assueta est non valet sine ymaginibus eorum, unde semetipsam tanto glutino amoris eis cohaeserit quod foris sunt corpora et cum ista absunt praesto sunt ymagines eorum cogitanti. Quare praesentiae eas a se non potest ut se solam inspiciat et videat. Redeat ergo ad se et stet in se ne sic absentem se quaerat sicut praesentem se curet cernere et discernere et intelligentiam et voluntatem quae per alia vagabatur statuat in se ipsa et se cogitet ut se ipsam diligat et cognoscat. Ita videbat quod nusquam se non amaverit nusquam nescierit, sed aliquid amando cum eis se confundit ita ut cum magno labore ab eis separari non possit quibus cum amore adhesit. Propterea fantasiis corporum ymaginationum deformatur eisque alligata ipsis et soluta corde non excutitur. Sed ei accidit ut corrumpantur corporum affectionum sed non mundatur cor excuta corporibus tenebris passionibus. Studeat in hac vita se ab hac feditate mundare quatenus cum exierit hinc nichil corporeum secum trahat et a corporalibus passionibus immunis existat. Vivificare et sensificare anima descendat ad corpus. Praesentia namque sua illud vivificat colligit in unum atque in uno tenet, defluere atque contabescere non sinit, congruentiam eis atque modum servat non tantum in pulchritudine sed etiam in crescendo atque gignendo. Intendit se etiam anima in tactum et eo calida et frigida, aspera, lenia, dura, mollia sentit atque discernit. Deinde innumerabiles differentias saporum, odorum, sonorum, formarum gustando, olfaciendo, audiendo, videndo diiudicat atque in his ea quae secundum naturam corporis sui sunt appetit, fugit contraria, removet. Se abstrahit sensibus certo intervallo temporum et eorum motus quasi per quasdam ferias reparans rerum ymagines quas per eos hausit secum catervatim et multipliciter versat. Cum primo vult intelligere vel divina vel deum vel se ipsam suasque considerare virtutes abstrahit se ab omnibus corporis sensibus quibus non adiuvatur nisi ad exteriores formas coloresque sentiendos et spiritu atque ratione se conspicit. In intelligentia atque contemplatione ad deum ascendit.

Quod humanum corpus ex .iiii. elementis constat.

S[…]umanum aliquid corporis ex quatuor elementis est. Sed in carne et ossibus terra

g̊ q̄ p̄mu q̄d q̄situm ē. hoc respōde
bimus. q̄ tu q̄d post editionem

p̄cepti diuini. humoris motu
cognusti. et q̄ c̄cun fluuius h̄t semp q̄
decurens. Nam postq̄ meatū cape
ret ex auctore celesti. n̄ceu uidisti
nec ab alio q̄uidat̄ didicisti. Vn̄
debebis aduertere q̄ uox dī n̄e fuerit
trix ē. et p̄ceptio q̄ tūc dicta ē ca
tiue. dispōem cūctis q̄ foret ge
gnenda p̄bebat. Nam et dies et
nox semel facte sunt. et ex illo u̇
q̄ nūc sibimet uicib̄ succedēdo
curriculor suor tp̄ra cūctis porri
onib̄ diuisa custodiunt. Congregn̄
aq̄. Iussū ē aq̄r naturam defluere. et
n̄q̄ desinit obsequndo mādatis. h̄ a
dico respicies ad aliq̄ aq̄r fortē
q̄ palle fr̄ manāt ut fontes et
fluuij. alie c̄gregate st̄ et sistūtes
s̄z in n̄e c̄fluentib̄ fimo ē. Con
gregent̄ aq̄ in c̄g̃nē unā. Si q̄m
testante me ubi subit cogita
cio reputante cui repulsu de
tellurib̄ aq̄ p̄gdit̄. t̄q̄ sine hor
rea d̄q̄b̄ tam largit̄ effundit̄.
aut q̄s loc̄ ad q̄ cogit̄ p̄uenire.
ul quō n̄ illa deficit que seq̄t̄
n̄ ea q̄ p̄cessit exuberat. p̄fecto
repies omnia h̄ ex uoce p̄ma
teneri. Vn̄ t̄ meat̄ illi suppetit
sempit̄nn̄. Quaobrē in omni semp
hystoria memito p̄me p̄cepti
onis. q̄ dic̄ c̄g̃gnt̄ aq̄. et eo opor
teba eas decurrere p̄perant ut
deuenirent ad p̄pam regionē.
t postq̄ uintu ē est. stare in c̄cep
taculis c̄putatis. atq̄ ulterius non
tendere. Propterea s̄m ecclastes dem
in mare fluuij c̄labunt̄. h̄ ma
re n̄ sc̄p sr̄ implebit̄. q̄ et q̄ aq̄r
cursu surgit̄. et q̄ mare c̄tis cir
cū septum finib̄ retinet̄. p̄me

de aq̄ fluxu

l. p̄ncip̄

de aquis de terra fluctalibus

de mare n̄ effluit

pceptionis uis est. Congregent aque in unam congregatione. ut non s. illa
que instituit expletis conceptacu
lis superfusa cunctos simul terrarum
terminos inundaret. ideo ista
fuit in una congregatione se redigere. pro
ptea pelagus unitis sepe tibacio
ac fluctibus estuans multumque con
surgens ubi litora uicina teti
gerit fervoris mixtum impetum
spumando resoluens. mox fra
gitur atque subducitur. dum me non ti
mebis dicit dominus qui harenam ter
minum pono mari. et enim rursum est
quomodo res omnium que intimorum sunt h
abentur. infirior ul' infirmior
harena iussu dei uiolentiam ma
ris frenat. Quod si secus esset quid rogo ue
tare poterat rubrum mare ut non
egiptum totam que utique superior hiis
inuaderet. proprioque pelago misceretur.
ni precepto conditoris esset inhibitum.
Nam quia humilior est egyptus ru
bro mari certissime docemur ab
hiis qui egiptum et indicum mare
coniungere uoluerunt. quorum primus est
Sesostres egipti. sedes darius me
dus. Congregentur aque in congregationem
unam. i. alia non procedat ex illa sed
in ipso conceptaculo que collecta est re
teneatur. Unum cum dicitur. congregentur
in unam congregationem. docuit quod multe
erant aque uariis diuise mo
dis. loca enim uallia profundioribus
non habentur cauata spacium habebant aque
collectam. si non et campi pleni e
rant similitudinem pelagi referen
tes. alieque enim regiones que quibus
omnibus in unam congregationem confluere

sunt perceptre. et nullus dicat quia
si totam terram aquarum tunc te
xerat multitudo. nichominus
ea que loca in que postea iussesunt
aque concurrere. repleta tunc erant.
Ubi ergo deberet et aque colligi quando omnes
terrarum partes inuaserat. ut ad unam
congregationem conuenirent. tunc et susce
ptionis earum eam poesserit. sed et earum
illo tempore que extra gadicos est. nec
maximum illud et solis audacibus
nauigabile pelagus quod britaniam
insulam et hybernos occiduos a
luit habebat. sed postmodum iussu
dei capacitas sufficiens parata
est ut aquarum ibidem multitudo con
flueret. Usqua re quoniam repugna
re uidetur nostre mundificationis sermo
dicentibus physicis eo quod minime in
unam congregationem sicut experti sumus
aqua collecta est. dicere quod omnibus
nota sunt possemus. Sed ne con
tendere cum talibus ridiculum uideatur.
quamquam et nobis obicere debent. pa
ludes et stagna non eas aquas
que colliguntur ex ymbribus ut phi
assertionem nostri sermonis infrin
gerent. sciant tamen maximam per
fectamque aquarum omnium concursionem.
deus uocauit congregationem. Nam
et puteus aque collectorum manu
facta in profundam cauationem
liquore delapso. non ergo quibus aque
conceptacula. congregationis illius uoca
bulum manifestauit. sed illa ma
xima excellensque susceptio-
nis totum elementum repente collatum
est. Nam sicut ignis in paruulis ac
diuisis quibusdam materiis dispersus

de mari rubro …
… terra

de lacub(us)

de lacu asfalti

de lacub(us)

de puteo

de loco ignis

presbens omnibus usum necessarium.
tot tamen in ethere continetur. sicque aer
hic singulis corporibus sit illapsus. uni
uersum tamen orbem terre complectitur. sicut
aquarum natura quamuis uariis commissa sta
tionibus terminatur. una tamen est maris congre
gatione illis etiam discernit accessus
lacus est que circa regiones arethoas
in helesponte seu in macedonia uel
bithinia congregationes sunt dubio no
minantur. Sed in modo nobis intentio est illa
que uehemens omnibus ita plurior est ut in tantum
amplitudini contegitur. et quicquid in
minoribus quam congregationibus aquarum
esse multitudinem nullus obsistat.
non tamen illas quas uite maria nuncu
pabit quis esse paludes salsu
gine maris infecte sunt. sicut illa que
uocatur asfaltites in partibus iudee. uel
sebbonitis que inter egiptum palesti
namque iacens. deserta contingit arabie.
omnes enim paludes sunt. unum tamen hec
mare sic asseruit quia peragrando
terras omnes obturatur. sed hircanis
caspiumque lacum quendam esse in se ipsos cir
cum septos esse pronunciant. Sane quam or
nos hystoricorum cosmographyam
diligentius intueri quod desuper uelatum
sit audiamus. Ferunt igitur memora
tos lacus occultis quibusdam perforatos ca
uernis in mare maximum suos me
atus euoluere. unum et rubrum pelagus ap
pellatur. et affinatur in mare quod ultra
gaditos hic effluere. Quod ergo inquit
si deus diuisis aquarum stationes maria
uocitauit. quoniam in unum conceptaculum con
uenerunt. et rursus congregationes omnis
.i. sinus quos pro se mare suo terre ce
datio comprehendit. maria nichomi
ni

appellauit. i. mare arethoum. ma
re australe. mare eoum. et mare
oceanum. et occiduum. et item unicuique
pelagi propria nomina sunt. scilicet euxinum. helles
pontiacum. egeum. ionium. siculum. tir
renum. et alia plurima. quorum omnium
sigillatim uocabula percurrere longum
nimis et operosum est. Propterea congregationes
aquarum deus maria nominauit. Sed nos quasi
nunc adhuc procurrentis ordo sermonis
adduxerit. ad illud quod dudum cepimus
reuertamur. **Et dixit deus. Congregentur**
aque in unam congregationem et appareat a
rida. Non dixit appareat terra. sed
terram eam inpositam demonstrat. ut
pote limosam. et adhuc ex aquarum
mundatione deformem atque inualidam
similemque ne soli quispiam eam terrene
siccationis ascriberet. inmito natiui
tate solem antiquiorem telluris ari
tudinem calor constituit. Aduerte namque
sensu diligenti. quia non solum aque que super
fuant terre. sed etiam illa que in superioribus
partibus latitabat famulata precep
to dominationis effluxerit. Quare sermo
est sic. Sufficit ergo adiectio ista
declarans uocem conditoris effectui
mancipatam. Hoc uelatum sit in multis
cosmographye codicibus quia collecta
est aqua que fuat sub celum in congregationes
suas ut appareat ut appareat
arida. Quod certe non reliquorum emitatior
ita esse manifestat edicio. non usus
exprimit hebreorum. Nam re uera superflua
uideretur post testimonium quo asserit
quia factum est sic. rursus de eisdem repe
tita narratio. **Et uocauit deus ari**
dam terram et stationes aquarum uocauit ma
ria. Cur et in precedentibus dictum est. Co

de lacubus

de lacu asfalti

scilicet de lacubus

de nobilibus marium
.i. orientale.

quia terre ariditas non est ex sole.

gregentur aque in congregationem unam et appareat arida. cum magis dici debuisset appareat terra, et iterum apparuit arida. et vocavit deus aridam terram. quoniam arida quidem proprietatis est species, designans illud quod nature subiectum est. terra vero nuda est nuncupatio. Sicut enim rationabilitas propria est hominis, homo autem ipse vox est significativa illius cuius est proprietas, ita terre precipua et propria ariditas est. Ergo elementum cui proprie subiacet ariditas terra non immerito nuncupatur. sicut autem cui proprius est hinnitus equus appellatur. Non solum autem hoc de tellure notandum est, sed et in aliis elementis proprie unicuique qualitas est decreta, per quam a ceteris singula discernuntur et qualia sint ipsa manifeste dignoscitur. id est aqua suam retinens qualitatem per se frigida dinoscitur. aer est per humiditatem, ignis ardore. sed ea que ut potius principalia compositorum elementa sunt [illegible], que dicta est mente sola possumus contemplari. Illa vero que in corporibus illapsa sunt et visui subiciuntur, coniunctas sibimet possident qualitates, nullumque eorum absolutum potest esse simplex. quippe quod oculis comprehenditur et sensui, id est tellus, est arida et frigida; aqua frigida et humida; aer calidus et humidus; ignis calidus et aridus. Atque ita per has nature potestates provocata fit [illegible] temperamentis permixtionis. Alterne sibimet complexione vicino quod elementa per sociam qualitatem eius misceantur. Sicut terra quia arida est et frigida connectitur aquis per cognationem frigiditatis, aeri autem per aquas copulatur. Ita est media horum aqua posita tamquam duarum porrectione manuum gemina illius qualitate coniungitur, id est per frigiditatem terre, per humiditatem aeri. Rursusque aer intercessione sua contrariarum nature repugnantium efficitur, id est ignis et aque. Igni consociatur per calorem, aque vero

per humorem. Ignis vero quoniam natura aridus quidem est, aeri caloris intuitu coheret, per siccitatem vero terre communicat. Atque ita circulus quidam et chorus compaginatur alterutrum sibimet convenientibus elementis, ut recte esse perfectis. Hec ideo disserui, ut ordo clarescere[t], propter quem aridam terram dominus nominavit, et non potius tellurem vocitavit aridam. Siccitas enim non primos secuta est, sed erat antiquior, quippe que sit consummatoria substantie eius. atque ideo iure vocabulis his prius honoratur. Unde et tellus utpote principalis causas sue notionis assumpsit. Et vidit deus quod bona esset. aqua non omnimodis speciositatem eam que ex vultu maris emicuit bonam deo fuisse visam sermo significat per plenitudinem causam, sed ineffabili sapientia qua sunt facta intuentur. Nobile est revera voluptuosum est mare cum stabili ceperit tranquillitate candescere, aut cum lenibus aspirantium flabris purpureum colorem ostentat, et quando non violentis tellurem verberat fluctibus, sed velut pacificis eam complexibus osculatur. Verumtamen non ita deo videri bonum mare scripturam dixisse putandum est, sed ibi et bonum non aspectu sed facture ratione censetur. Primo quod fons quidam totius humoris qui terram rigat est mare, quod in occultis diffusum est venis sicut appellant scripture defossaque loca per que commeantes aque maris cum aliquibus monstruosis obstaculis retardata fuerit impulsa spiritu qui urget, perruptis obicibus procedit ad lucem, potabilis iam effecta per defecatam amaritudine deposita. Nam eandem quod fluida qualitate recipit cum per terra quedam metalla transcurrerit, et fit non solum calida sed et ardens, quod in insulis plurimis et in diversis litoribus maritimis

De qualitatibus elementorum

De unione elementorum

[illegible] maris

Quod dicit bonum et dicit bonum mare

Quid sit mare

Quod mare efficitur potabile

Quod aque quedam calide

inuentum. Siquidem et mediterrane-
us ita his regionibus constat. Cur alii
dixerunt ut assererent quod tellus omnis per abdita
et invisibiles quasi venas aquis repleta est
manantibus que confluunt ex mari plurimis
7 puteis. Bonum ergo mare et ad visum est et ipso
decursu suo quem peragit in profundo terrarum
receptaculum est fluviorum cunctarumque
aquarum, que in se undique devolvuntur na-
nemus intra litora tenens terminos suos. Bo-
3 num ergo obliquarum aeris fons quedam et
origo est. Que cum fuerint rapta calore sola-
rio, exponit humorem subtiliorem per te-
nues vapores. Qui tracti in altiorem lo-
cum frigidique perfecti nube potestate quia nubibus
obumbrantur rores generant et imbres.
Et huic rei nullus erit incredulus si ad ca-
cabos spumantes fervore respexerit
que repleti aquis fuerint igne suppo-
sito vacui sepe redduntur. Sed ipsa quoque ma-
ris aqua solis quoque radiis ut nautici
referunt affirmant. Bonum nichominus
8 donum mare, quod constringit insulas ut
munimenta eis munitionem prohibens. Et or-
natum tempore classibus inevitabilem prestat
accessum, divitiasque eas mercatoribus
subministrat, terrarum proxima terrarum incolis
ignota navigantium usque discunt,
intimique penitus vite hominum commo-
ditatis ex mari tribuuntur. Ista ea que nobis
exuberant in alias provincias regionesque
transvehuntur et iterum rursus que minus hic sup-
peditant apportantur. Sed iam non possibi-
lis erit maris pulcritudinem describere ita
ut conditori visum est. Quid si mare bonum
atque laudabile est apud deum, quo non cete-
re ecclesie catholice pulcrior videtur in qua
etatum omnium servitiumque diversitas vocibus
glorificatoris ad deum fusis sicut in
marinis fluctibus sonum reddit. Que

firmatur in pacis statione fundata, nul-
lius quassationem turbinis sustentat hereticis.
Quamobrem perficite vos dignos remuneratione
one celesti, dei filius ordinis conservantes
in Christo Ihesu cui gloria nunc et semper et in secula se-
culorum. Amen. Omelia V. Incipit.

Et dixit deus germinet terra
herbam pabuli seminantem semen
secundum genus cuius semen in semetipso est. Conse-
quens est itaque postquam tellus respiravit eluctata
iam pondus aquarum datum illi preceptum est
germinare prius herbam deinde pabulum quod est
in fructu videmus. Ista vox que tunc emissa est 4
et prima illa preceptio veluti lex quedam nature
fuit et inhesit terre eandem fructifican-
dique sibi prebens in posterum facultatem.
Germinet terra. Primum germinationem nascen-
tium germinatio. Deinde cum paulisper emi-
serit herba fit et cum creverit pabulum herbe
eademque paulatim pubescens articulatur
et ita usque ad tempestivam necessitatem seminis
calescat. Nam herbosa viridisque species omnibus
est omnis. Germinet terra herbam pabuli. Per se
iam tellus quod mundare precepta est nullius
indigens adiumento. Quoniam quidem opinantur
plantis ac seminibus solem causas prestare crescen-
di dum ea que de terra pullulant proprio calo-
ris attractu ab imis sedibus ad superna
producit. Ideo sole antiquior terre ornatus
enituit, ne occasio venandi solem in-
pote actorem nascentium. Huiusque errore
potentis aufert. Si tamen suaderi potu-
erunt que propria ipse causa est. Erat iam terra
suis fructibus decorata considerantes quos
herbis et pabulis sol in nascendo prior est.
Quid ergo dicemus quia pecoribus conditor ali-
monia reposcebat, numquam vero generis illi
cura dignum provisionis non habuerit.
Non ita est. Nam qui bobus et equis tuis pa-
stum preparavit uberiores utique te divitias

elevatio maris in nubes

ros generatur

et fruendi copiam ministrauit. et
subsidia tue uite per illorum nutrimenta
recondidit. Seminum quoque producendorum quod a
deo intelligi quod tue dispensationis instructio.
si olera radicesque palmarum agrestium non
sit dubium cibos hominibus ministrare. Quamuis
et sine aliquo sit herbarum alimentis non nostris usi
bus aptatum. cum idipsum uti nichilominus
lucro proficiat. ubique omnium seminum commo
ditas deputata sunt. Hec ergo expresso con
stat sermone quod dictum est. Germinet terra herbam
pabuli et semen seminans secundum genus. Recte in
quit. Sic enim et narrationis ordo consequenter
constabit. quia nec sibi quedam eorum uidentur repug
nare. et ueritas naturalis dispensationis im
plebitur. Primo enim est germen. deinde herba. post
pabuli successio. quam mox seminis perfectio
comitatur. Quomodo ergo cuncta que nascuntur e terra
seminaria esse sermo declarat. cum neque ca

qo de quibusdam que ex semine non nascuntur.

lamus neque gramen. neque mentha. neque crocus. neque alia plu
rima nascendi principium sortiuntur ex se
mine. Ad hec respondemus quod quedam illorum que

de diuisione et enascentium.

terra producit in radicibus et inferioribus continentur
uirtute optime. sic calami post recentia re
centia rursus aliam sobolem de radice
submittunt. et propaginem stirpis imperium por
recturi. hoc autem facere non solum calamus sed
et alia mille que de tellure nascentia
rediuiuam prolem in radice custodiunt.
Semen uero esse planum est quod unicuique na
scentium aut semen suppetit renouandi
generis. aut uis quedam seminaria sit ad
iuncta. Hoc est quod dicit secundum genus. Ita est calami pro
genies post olearum herbam ceteris. hec ex ca
lamo calamus alter similitudine cogna
tionis exoritur. et ita quod de propria generatione terra
produxit usque nunc posteritatis successione
seruat. Germinet terra. Respice quomodo
ex parua uoce exiguoque precepto breuissima
tellus arida sterilisque repente partu
riens et ad fetum fructiferationis impulsa

uelut quidam decoris exultans. omnia que
iussu celesti conceperat effundebat. Cu
pio itaque interius sensibus altius herere
cause miracula. ut unicuique rerum suis
temporibus nascentium genus inspectorum assi
teris. magnificam perpetuas memori
am conditoris. et autem omnia cum uideris
herbam feni uel florem. mox te adhuc ua
ne conditionis ymaginem recordatus
ysaie sapientis exemplar. quod omnis
caro tanquam fenum. et omnis gloria eius ut flos
feni. Iste uite hec breuitas minimum
quam gaudium et super rebus prosperis hyla
ritudo mortalium. congrue prius
a propheta comparata est. Videtur enim hodie quis
piam membris refectus facie robustus.
etate primeuus. fremens uiribus atque
impetu non ferendus. hic sequenti mox
die miserabilis inuenitur. dum aut se
nectute frangitur. aut langore tabescit.
Alter item spectaculum hic et maxime re
fert opibus facultatum. fultus obsequi
is susceptorum. amicorum simulatorum sti
patur agmine. necnon parasitorum et
assiduum adulatorum circumceptus excu
biis. a quibus omnibus procedens et redi
ens inuidiam cum uituperatione conquirit. Iste
est post hec morbum declinare conatur
diuiciis. Ciuilem quoque potentiam et ho
nores delatos a principibus gentium
regimina. militum magisteria. preco
nes honorifica uoce personantes ante
seipsum. fasciumque uectores. hinc et
in plebem terrores. grauissimum terrorem suppli
ciis ferentes. adde uerbera. proscriptiones.
exactiones iniectas. carceres. ex quibus
intollerabilis gloriatur formido subiectis.
Quid postea. uox una et febris accessio.
lateris dolor. pulmonisque suspiri
um. diuulsum ex hominibus duxit hominem
totaque eius scena de gente repente illa

tanta potentia velut cunctis tactu sopitum non est. Quamquam per tempus breve comparata florum imbecillitati similitudine gloriam humanae. Germinet terra herbam pabuli seminans semen secundum genus. Usque nunc igitur primae dispositionis est ordo nascentium. Germinatio est quando germinantia annuerit et aliquid de radice prorumpit vel crescit et germinis prius id germinare necesse est et postea herba fenum viride fit, atque ita in frugem natam stipula tam flavescere producit. Germinet terra herbam pabuli. Semen igitur cum ceciderit in solum et mediocritas humore fuerit et calore mollitum, mox gremio terrae semen germinatur, quodam sub inde genitiva fomenta suscipiens et venas ei sinum labando diffunditur, sparsisque minutissimis fibris, tumore stricte telluris nascendo prorumpit. Fundatumque iam firmius facile consurgit, tot nimio rursum calamos explicans quot dorsi radices extendit. Atque ita tenuitudo germinis tepefacta subdito vapore quo tractu caloris illapsus est per radices et terrae nutrimentis adhibetur, per se sui diffundit in culmum, producit in cortice, praeministrat in grana, porrigit in aristas, et hinc congregatione perfecta perfectam paulatim ad sui mensuram singula quaeque perveniunt. Sive sit triticum fuerit sive legumen sive olus sive arbustum, sufficienter instruere potest tuum sensum quo possis intueri sapientiam conditoris artificis. Quo tandem genibus quibus de stipula frumenti succingitur, ut crebris compaginibus alligati facilius valeat munimentis sustentare spicarum cum gravitudine maturitatis in ci-acre dorsum ceperint inclinari. Propterea calamus avenae totus vacuus habetur, quia nullum sic gerit pondus in capite. Triticum autem longe aliter munivit, cuius granum prudens ad modum locavit in thecis ut non diripiantur ab avibus. Hinc ideo et vallabitur aristas certa custodiae velut hastas apposuit, quibus aculeis minores bestiae repellantur. Quid loquar quod reticeam? tam copiosos respiciens thesauros creatoris, atque difficilis assertio meliorum, sed iactura non tollerabilis amissorum. Germinet terra herbam pabuli. Mox cum victualibus et perniciosa procedunt, id est cum tritico cicuta, cum reliquis seminibus elleborum et aconitum et mandragora et papaver. Quid ergo? pro-sita actione gratiarum sit munificentia conditoris accusemus cum de noxiis producere creaverit? minime considerantes illud quod non omnia propter escam sunt, verum dispensatio dapes tam prompte quam nove sunt. Unumquodque non eorum quae generata sunt habet propria ratione. Itaque taurini sanguinis haustus letifer habetur. Ideo animal ipsum fieri non oportuit aut penitus non videri, cuius utique labor ad varios nostrae vitae usus valde necessarius estimatur. Sed et quod sufficiat rationabilitas familiaris hominibus ad declinanda quae noxia sunt. Lesionibus et capescendis suppetit naturalis cavendi gratia, solo instinctu discernentibus lesionem tactus, et sinonis facultas posito est artis medicinae sollertia suppetit sanitatis explorans et vires frequentius experientia, malorum nobis effugia demonstrando. Difficile dicemus potius periculosa vitare. Neque enim est ociose aut inutiliter constitutum, cum et pastu nutriuntur etiam quibusque pecoribus aut pecudibus animalium nobis exstantibus solatia conferentur ad salutem. Sola cicutam sturni solent edere, cuius venenum per qualitatem sui corporis effugiunt. Tenuissima est enim ad iacentia corum cordi spiramina. Pius quia illa evenit vel digerant quam sumpserint, quia frigiditas ad eorum intestina

[Margin notes:] ex terre herba nascatur — de avena. Quod calamus avene vacuus est — de tritico — de aristis — non ignota natura herbarum — de sanguine tauri — Quare noxia sunt — de cicuta et veneno eius.

de cicuta et elleboro

de mandragora et sopno.

de cicuta et elleboro

conveniat. Cotidie et in usu est cicuta et el-
leborus. huius unius pestiferum natura fue-
runt quondam temperatione servitura. hec tamen non in ipsos se-
vivare dicuntur. Et mandragora est sopni-
fera medicamina opponi gravissimis mem-
brorum doloribus profutura. Quondam autem pacientiam
molestissimam vel excedi rabiem mitiga-
re. non nulli per elleborum diurna vicia corporum
extirpaverunt. Unde non putabis conditori crimen
obicere. immo poterit referendae sibi laudis au-
gmenta sortiri. Germinet terra. Quantam ergo
alimoniam sponte in foliis herbarum et radi-
cibus et seminibus invenit. Preceptum excultum et
diligentia conferri. quoque non continuo preceptum
fructum semenque produci. sed germinare prius
statuit et virere tellurem et tunc maturitate
maturare semen. in prima illa preceptione
documentum natura fieri: ad venturae sequentium.
Quid ergo si seminata terra producit. cum siliginem
tritici serentes. atrum plerumque colligimus. quod
non pertinet ad imitationem generis. sed infirmita-
tem quandam et langorem seminis fuisse dicimus.
Sic ut et frumentum quod adulatione nigrum
est. sicut experti possumus appellatione cognoscere. quod
nimietate frigoris exusta species et a-
lium semen et colorem transtulit et saporem. Si-
cut enim si ager fecundus extiterit et celi clementi-
a potiatur. mox ad pristinum schema re-
vertitur. Lolium vero et cetera adulterina grana que
zizania solet nuncupare scriptura. victu-
alibus admixta segetibus. non extrinsecus alium-
de gignuntur. sed ex sua propria nascuntur ori-
gine. horum consideratio illis ostendenda est qui
domini mandata subvertunt. et non sincere verbum
monitionis accipiunt. sed maligno magi-
sterio depravati audent seminibus ecclesie sa-
lubribus admiscere. vel morbi sui clandesti-
nam perniciem latentem mentibus integris ino-
lescant. hoc dominus perfectionem credentium vi-
tiis inimicis comparat ita dicens. Sicut
homo mittit sementem super terram et ille dormiat

de tritico quod mutetur colore

de zizania

insurgat nocte ac die. messis autem levatur
et revelescit ipso nesciente. Sponte enim terra fru-
ctificat: post semen. plenam spicam. Germinet terra
herbam. Igitur in brevissimo temporis momento ag-
minatim tellus concipiens verbum legem creatoris
implevit. pomis crescendi preceptum gradus mox
ad maturitatem que nascebantur evexit. Cer-
neres eo tempore saltus omnes herbarum viriditate
splendescere. campos autem turgidis messibus
coronatos in ymaginem quodammodo pe-
lagi fluctuantis spicarum motibus emu-
lari. Universa tunc semina et omnis holitorum
vel usui fructibus quicquid arbustivum vel se-
minativum est copiosis simul terra fruc-
tibus eminebat. Illa tunc erat dispendio
metuendi seminibus. non ignavia culp-
anda cultorum. non aerum intemperantia. non
ulli cause querela corruptelam frugibus
apportantis. non condempnato que fertilitatem
posset impedire terra. Postea enim delictum
extitit propter quod sumus addicti ut in sudore
nostri vultus panem manducaremus. Interea
hec precepit lignum nasci fructuosum fa-
ciens fructum cuius semen in semetipso est secundum genus
et similitudinem. Hoc igitur edicto et montis omnia
confestim nemora densabantur. arbores
ex quibus est saltuum consurgere. i. abies et cedrus
et cipressus et pinus. vel non frutices foliis ve-
stiebantur et frondibus virgulta. Sed que
et coronaria vocabantur. roseta dico
et mirteta et laureta. Sub uno temporis mo-
mento. cum ante non essent. simul cum sui proprietate
surgebant. alterutrum ab alterutro manifestissima
proprie discretum et certa designatione proditum.
Verumtamen illo tempore rosa sine spina fuit.
Sed postea pulcritudini eius adiuncta est ut vel-
ut voluptati sollicitudo contigua re-
misceretur. nobis peccati cuius gratia dumos et
vepres generare terra dampnata est. Quod et quo-
iubet ex ligno faciens fructum producere.
Sed in ista ligna vidimus. neque semen neque fruc-

de rosa.

tum seruitia. Ad hoc dicemus quod sunt
utili hora mandari memorie principa
liter in uere. Vnde in sequentibus sibi instar pate
fiet. Aut seminarias ex omnibus arborem autem
similem semini habent uirtutem. populus est uel
ulmus et salix et alie tales. fructum quod de
nullum uidentur afferre manifestum uel tenes sem
ligas artium scruteris inuenies. Subiectum est
earum foliis genus quod nuschum nuncupare
solent. hunc qui uocabulorum compositoribus operam
dederunt. hunc in seminis optimum. Illa eaque
de ramorum plantatione nascuntur ex seminis ipsi
quam plurimum radices fundunt. forsitan et
germine ille que de stirpe reddunt rationem quedam se
minis habent. Quas agricultores auul
sas reparandi causa genus pastinare consue
uerunt. Primo tamen uidimus arbores ille
digne memorari habentur. que nostram uitam suis
fructibus sustentantes. atque hominem nutrien
tes inuidiosam eis iacture dant fructus
libertatem. Sic et uitis que uinum generat leti
ficans cor hominis. et olea fructum ferens que
uultum exhilarat inunctum. Quanta alia te
similis eminebant urgente hiis producente
natura. Ita quod radix habet uinee memoria
sarmenta uirentia diffusa per terram. Scriptum quibus
pergam oritur quod fit labrusca. post hec uua. Ergo
uinea ponitur inspecta. recordationem tibi
nostre suggeram. Meminisse enim dominici sermonis
est. quo se dicit esse uitem. patrem uero cultorem.
Singulos autem nostrum qui per fidem inserti sumus
ecce sarmenta nuncupauit. prouocans nos
ad fructificationem copiosam. ne desidie acc
usati flammis contrudamur eternis. Vnique
non cessat animas hominum uitibus comparando. Sic
enim dicit: Vinea facta est dilecto in cornu pin
gui. Et item: Vineam plantaui et sepem circum
dedi. Animas utique indicans hominum quas celesti
uel mandatorum consepsit. apposita michi homini
angelorum custodia. sic scriptum est. Inmittit
angelus domini in circuitu timentium eum et eripiet eos. Deinde

uelut uallos quosdam quibus fulciremur ere
xit constitutis tercio. primo apostolos. secundo prophetas
tertio magistros. atque nos ex uetere scorum
suscitans in sublime prouexit. non odio passus est
uitem nostram humi iacere ne dignum cal
catoribus aliorum. Vult et nos tamquam primum gemin
que. et nos uelut quibusdam uiticulis laui
culis id est amplexibus caritatis alte
ros alteros primum quaque. diligentes se ipsum a
nimi semper ad superiora contendere. Si
miles effectos sarmentis que solent pau
latim conscendendo ad summos arborum uertices
peruenire. Itaque et nos fossione pari fo
ditur mens secularium depone curarum que
cordibus nostris onerosi graue configunt. Ergo qui
illecebras corporee uoluptatis abiecit
et exorabit ambitum glorie diuiciarum
que contempsit. tamquam fossionis cultam nitere
scens aspirare liberum tempus omni labe terre
ne grauitatis absoluta. Conuenit enim nos
superfluos uerborum minime luxuriantes
effluere id est non ostentatorie uiuere. nec ca
ptare decus laudis externe. sed fidelem nos
uero demonstrare cultori. bonorum operum
prestantes indolem. Tu autem sicut oliua fru
ctifera nulla te spe nudabis. sed semper hec tu si
dei uiridem conseruare gratiam. Ita enim uiuacitatem
te illi arboris et opulentiam fructuosam
uidebis imitari. si uberime misericordiam
omni tempore largiaris. Sed iam redeamus ad lec
tationem dispositionis artificis. Quanta tunc genera
exstitere lignorum. quedam fecunda sunt. alia pi
tibilia. non nulla nauibus fabricandis acco
moda. quedam fossis necta. Rursus in his
uarie extat ornatus. ex quibus et comperatum sue
stigio difficile habere et distincta singulorum. Nam
alia profundioribus. alia summis et leuibus
sunt annexa radicibus. alia in altum porre
cta singulique defixa stipitibus. alia humili
ora et de stirpibus suis occulos plures fundu
nt. et que in uertices se excelsi. earumque radi

de arboribus fructuosis

uiscus

de uinea

nota

de lignorum diuersitate

de radicibus arborum

ces multiplices et profundiores habent radicesque diffuse. Quas veluti fundamina quedam non iniuria existimes quibus moles superposita valeat sustentari. Quanta in diversitas in corticibus est. Quorum alii leves sunt et nitidi. Alii vero nodosi et asperi. Alii simplices cutis et multi congesti caducibus. Atque mirabilis senectutis et iuventutis humane similitudo reperitur in eis. Nam novellorum et pollentium vigore arborum adductus et tensus est cortex. Senescentium vero et rugosus et scabiosus. Huius quedam cum succisa fuerint amputata regerminant. Alia more cum truncantur arescunt, tamquam morte quadam excisionis iniuria preferendo. Multis sane probatum est quia cruste incise pini in glandiferum se transformant. Notum est et quadam diligentia cultorum curatas, nimirum penitus malicia caruisse. Nam mala punica que sunt acidiora et amaras amigdalas h in fert per se molliri, si iuxta radicem truncis earum terebratis tede cuneus per medium cardinis transferatur omnem molestiam saporis igitur mutatione dulcedinis exemptur. Ideo nullus hominum caligine malignitatis obfuscatur desperata salute desperet, sciens quod agricultura pomorum qualitates reducuntur in melius. Labor est spiritualis potens est omnium morborum superare nequitiam. Plane tantam in arborum fecunditatibus videmus esse distantiam quantam ne verbo quidem possumus explicare.

de corticis diversitate

de pomis et amigdalis

Nec est solum in alterno genere discretio fetuum omnium, sed in singulis et plurima diversitas invenitur. Siquidem aliud speciem masculi fructus aliud feminini cultores ferunt, quod ideo isti sollertia qui et palmas geminum esse sexum affirmant. Nam videre quando aspicias eos qui feminina vocant ramos suos proicere elevat admirare velut concubitum petens, nisi possit exercere admixtione corporis. Unde ingenio sunt agricole sublatos de masculo extros o-

de fructuum diversitate

culos feminine dant inserere. Et ita quasi coitu desiderant expleto consensi fecunditatis vehiculum plenum recipit ad statum. Hec de ficis quoque narrantur. Nam quidam plantas agrestes ortensibus narrantur apponere. Nonnulli et caprificum fructum domesticis alligant contendentes valitudinis causa quo possit germina sua retinere cadentia. Cuius rei videlicet figura monere nos creditur ut agrestium quorumque plurimique et ab alienis capere nos divinum documentum ad perfectionem quoque bonorum operum declaranda. Sic enim videris quempiam de gentibus aut hereticis ab ecclesia divina segregatum vita moribusque cultibus honestatum eniti debebis impensius, et studium tuum magis ac magis augere, quo possis accedere prope illam fructiferam ficum que de societate silvestrium vigore mutato fecundior vicia molestie fluxus inhibuit, subsidia vero vicine sterilitatis arripuit. Igitur si tanta ratio germinis est ut vix pauca per multis potuimus exponere, quis solum fructuum varietates schemata vel penetrat, et quanta in singulis habetur utilitas. Cum sint alie que sole decocta maturescunt, alie que tegumentorum presidio defensa plenescunt et quorum earum que molles fructus ferunt folia fortiora sunt sicut ficus. Quarum autem fructus durior habetur membranarum tectura tenerior est sicut nuces, que sicut utique propter imbecillitatem multo flagitat opem maioris auxilii. Nucibus autem lesionem facere potuisset densior opacitas foliorum. Pampinum et quasi venabiliter mirifica fortitate perfectus, vel una parte protegit aeris repellat iniuriam, per illam vero que pateat fomenta solum caloris excipiat. Nichil itaque fortuitum nichil irrationabile fecimus videmus. Est ineffabilis quedam mirandaque sapientia. Quae mens autem cuius facundia sufficiet comprehendere cuncta subtiliter et contemplari perpetrari valeat et discernere differentias singulorum vel latentium penitus secreta causarum, fer ri

de fructuum diversitate

de foliis

de ficu

de nuce

de pampino et vite

de humore

mari. Quid illud, ut unicus humor pabulum omnium radices attrahat, in officia diversa dispergitur: alius ipsam radicem nutriens, alius corticem, alius truncum, alius medullam? Et quod non solum sit qui nutriat, sed qui in palmites ramorum quoque eadem fundit materia. Quorum quanta sit in se differentia, quis potest explicare? Alia sunt lacrimas schini, aliae balsami lucentes, aliae quae in Aegyptiis Libycisque ferulis sudore emanant. Fama est quod electrum lacrima sit eadem ligni more lapidis obdurata.

de electro

Cui rei testimonio sunt surculi vel culices pretiosi, quae considentes in electro manantis suco, cum gelaverit, haeserunt. Toto decore qualitatibus unusquisque experiendo doctus fuerit, plenarie comprehendere non poterit. Quid item de ipso humore vitis vinum generat et olea oleum? Et non solum inmutabilis est, quia dulcis et pinguis efficitur, sed quia in ipsis frugibus multiplex admodum saporis mutatio commutatur. Alia est enim dulcedinis qualitas in uva, alia in malo, alia in ficu, alia in dactilo. Volo itaque adhuc enucleatius examinare negotium, quo labiorum sensui gustuique placidissimus videtur humor, cum in quibusdam pomis illata maturitate dulcescit, et in aliis acerbus fit et amarus, cum accesserit

de pomorum sapore

sensui per amaritudinem nimiam, cum se in absinthium vel in scamoniam diffuderit. Ingremus sit vel corneis vel cereceis pomis stipticus et durus efficitur. In terebintho autem vel nuce mollem recipit pinguedinemque substantiam. Sed cur longius prosequimur, cum in una eademque ficu in amarissimus sit humor in suco, in dulcissimus in fructu? Inuite autem fit acerbus et generatur suavis in uva matura. Colorum quoque quantitates dicas esse diversitates? Vinique florea ruta si quis perspexeris, videbis eundem liquorem quo puniceus hic, purpureus autem ille, candidus ille, aureus in alio, maiorem

de fici humore

quoque rursus odoris differentiam quam coloris ostendit. Sed iam sentio in sermonem immensa spatia contemplationis audita te protrahere, quam non victum ad necessitatem caturire redigere dies me protinus deficiet in agricultura nobis sapientiam exercitiorum comparatione pandente. Germinet terra lignum fructuosum faciens fructum. Mox ut preceptum datum est, iuga montium arborum eminentia crebrescebant. Quarum quaedam dispositae sunt in silvas exornare mortalium; nam mille pabula praebere pecudibus, aliae manducandi usibus aptabantur. Et ut in carptim dicam, quaeque nobis experientia rerum diuturna congessit undique negotia necessaria colligens, haec velocissima dispensatio conditoris ab initio futura prospiciens generari constituit. Sed tu cum videris domestica, silvestria, terrena, aquatilia, florea, maiorem recognosce per minima. Ita tamen ut admirationem rerum per dilectionem creatoris adicias inquirendo quemadmodum certa lignorum species esse virentia, in nullam quae vivunt hyberno rursus eorum quae semper virentia sunt quaedam solum folia mutare latentur, ut ipsa nunquam possint a propriis frondibus spoliari, sicut est oliva vel pinus. Alia sempiternis induta foliis esse percipis, ut palmam. Quibus ex principali germinatione preceptis usque ad extremum finem creditur concreta. Illud quoque considera quod arbores ea quae myricae nominantur, velut quidam ambigui generis est, quippe quae in minus locis humidioribus quam siccioribus delectantur. Propter quod Hieremias varios mores et mutabiles huic virgulto propheta comparat. Germinet terra. Igitur ista prima praeceptio coegit eam ut vires proprias quas habet singulis annorum curriculis ad informandum genera herbarum seminum lignorumque producere. Nam sic arbitror primo ictu poris vibris incitatur, curvatis spatiis gyros explicat tortuosos.

de diversitate lignorum et virentium

oliva

palma

de myrica

acutos que semel fundamine semper ipse
circumfert. Ita natura iussione ex priore dei mandato
sortita principium postmodum transit eundem donec
ad communem terminum finemque perveniat. Ad quem
nos quoque bonorum repleti fructibus perveniemus
ut plantati in domo domini floreamus
in aulam dei piissimi in christo ihesu. cui
gloria et honor sit semper et in secula seculorum a
men.

vi H Athleticorum certaminum spectatores
oportet dimicantium valitu
dini esse consortes. quod ab editoribus lu
dorum lustralium facile probatur. Qui con
gregatos in stadio nudato capite se
dere percipiunt. ut probatum videtur mihi ut ne ibi solum
spectator intersit unusquisque. sed et parti
ceps sudoris existat. Ita et nunc magnorum
atque atque excellentissimorum spectaculorum
conditorem et summe sapientie et ineffabilis
auditorem convenit afferre pre parte sua ad
contemplationem rei proposite mecumque pati
re laboris sui ut poterit. socium se ma
gis arbitrans astare quam iudicem. Ne forte
lateat vos veritatis inventio. et mea
culpa fiat cum auditoribus commune dispendium.
Quorsum hec dixerim? Quia ut proposita
nobis est disputatio de mundi compositione non ex se
culari sapientia nacta principium. sed ex hiis quibus
famulum suum moysen docuit deus. cum dominus
ipse non per figuram locutus est ad eum. Ergo ma
xime necesse est studiosissimos spec
tatores non inexercitato animo quibusdam interesse
presentibus. Itaque si quando sub serenitate noctur
na ineffabilem siderum plenitudinem aspe
xisti. credo te captum cogitationibus de rerum
omnium conditore quisnam iste. quis floribus huiusmodi
celum variavit. et quomodo in hiis que eveniunt
maior delectatione probatur utilitas. Si et inter
diu sobria mente discuciens contemplatus es
diurna miracula. per visibilia ut
nem eum qui hec invisibilibus reputasti omnino.

Promptus ad audiendum venisti. dig
num te demonstrans celebritate tanti huius
honestique spectaculi. Quare ergo faciam
quod solent hii qui urbium peregrinos
manu comprehensos ad destinata per
ducunt. ut vos ad occulta miracula
maxime huius civitatis. utpote nescios
introducam. In hac igitur urbe si
ta est antiqua patria nostra. ex qua
nos tradidit homicida dyabolus. suis
sollicitatos illecebris. hic conspici
ens primam hominis generationem
et mortem que nos subinde secuta
est. quam peperit peccatum. quod est primo
genitum vetusti demonis germen. Ibi
recognoscens hominem natum quidem
terrenum. sed opus esse manuum divina
rum. valitudine multum pecoribus
deteriorem. sed animantium aliorumque principem
constitutum. instrumentis naturalibus inbecillum.
sed ad celum ipsum operationis elatum. Si
hec didicerimus nos quoque ipsos reco
gnoscimus. deum conditorem adorabi
mus. domino serviemus. patrem
glorificabimus. benefactorem venerabimur.
actorem vite nostre presentis et future non ces
sabimus venerari. Qui per eas quas largitus est
nobis divitias. et earum fidem quas promisit o
stendere curat. et que ex proximo presentium illa
quoque que sperantur affirmat. Si enim temporalia sunt
hec. qualia sempiterna. et si visibilia tam bona
qualia que invisibilia. Si celi magnitudo men
suram humane mentis excedit. quis sempiternorum
sufficiet estimare. Si
corruptioni sol obnoxius tam bonus et magnus
est. in mobilitate velox. discursibus or
dinatus. huiusmodi gratia amplitudinem quam statu
ta rebus omnibus mediocritatem transgredi non queat. de sole
decorem autem nature velud oculus quidam perspicuus
ornamentum creature mundo prebens insaciabilis est
aspectio. qualis in plenitudine sol putabitur

esse iustitie. Si ergo iactura est hec
non uidere quantum dispendium patietur pec-
cator qui a luce priuatur. Et dixit deus
fiant luminaria in firmamento celi ad illu-
minandam terram et diuidant inter diem et noc-
tem. Celum scilicet et terra processerat. lux fac-
ta iam fuerat. separata dies a nocte dis-
creuerat. arida iam reuelata erat. aqua con-
gregata in congregationem sibi deputatam. terra fer-
tilis erat fructibus repleta. quippe que tot
herbarum milia germinauerat. et uariis plan-
tarum generibus habundabat. Sol autem non dum e-
rat et luna. ne principes utique prime lu-
minis eum uocarent. factorem eterna
nascentium qui deum nesciunt opinentur. Quo-
niam ergo si lux antecesserat. nunc ad illumina-
tionem sol diei constituitur. Primo quasi simo
nis nostri simplicitas ullius est risum
mouet si facundie uirtute non affectaui e-
legantiam. non possem sequi clausularum
non consueui ubertatem structas et eu-
phoniam pronuntiationis exquirere. Sed hone-
sta significatione uocis usque ducimus preponendam.
Aduerte itaque quod per nomen sufficienter
quod uoluit declarauit. per illuminationem enim
luminaria nominat. Quod utique non repugnat
his que de luce dicta sunt. Aliud enim luminis est pro-
ta. aliud a solarium corporum effectum est quod sit refect-
ullius progenitum lumen. Sicut enim aliud est
ignis aliud lucerna. ex quibus unum illustrandi
possidet aliud ministrandi causa luminis
his que eis indigent est factum. sic et mundus
simile illi et sincerissime luci prouehit eum
lis quedam luminaria ista subiecta sunt. Sed apo-
stolus quosdam luminaria nominat. Sed alia est uera
lux mundi. circuit infusione lustra-
ti sicut luminaria fiebant animabus huius qua-
litatem docentes et in his eas ignoran-
tie liberabant. Sicut sol iste uisibili
illo principali fulgore flammatur eius
cet. Et nulli uidatur incredibile quod dixi-

aliud esse luminis splendorem aliud esse
ipsum luminis corpus. Prior ut primo qui-
a que apposita sunt in duas partes diuiditur
id est in in recepticium et in ea que sibi con-
uenit qualitate. Sicut enim aliud est in aliis
candor et aliud ex quo candescit. sic illa que
dicta sunt distare a se quod non uniuntur. Sed creatoris
uirtute coniuncta sunt. Et non mihi dicas impossi-
bile est hec ab alterutro separari. Neque enim ego sepa-
rationem luminis a solario corpore comprehensibilem
mihi esse confirmo. Sed ex nostra opinatione
sola diuisibilia estimatur plane nutu
conditoris possunt a natura facile seiungi. Ve-
niet quod nobis impossibile putatur esse ardorem
solis a splendore discernere. Sed deus uolens
famulum suum mirifica uisione conuertere
sic apposuit flammam rubo ut solam uim
claritudinis eius deposita torriditate mon-
straret sicut et psalmista testatur dicens: Vox domini
intercidentis flammam ignis. Unum in retributionibus diluc-
tor quod inuita concrimur et quedam nos seccun-
dum parienda igitur esse naturam. cui lux ad
illuminandos deputabitur uisus. ardor autem
ad cremandos proficiet peccatores. Sed de lune
quoque passionibus facile credamus fidem capere
conditor. Decrescens enim non toto corpore prorsus
expenditur. Sed insertam sibi lucem in deponens
iterum recipiens creationis et diminutionis
speciem quedam nobis exhibet fantasias. Nam quod
senescente ea minime totum corpus
eius expenditur testimonio est quod uniuntur. Sed est
in aere libero nebulosisque carente ua-
poribus spectare lunam deficientem quando rotun-
da caliginosiorem cum sit ubi quando luce plena
est. Quam integram perfectamque conspicies magnitudinem
pre quo fulget. et non mihi dicas quod lux eius ad
uniuersa est quando minuitur quando obtinet solem
uicit. crescit autem cum ab eo discessit. Illa
non nobis sunt discutienda. apposituum est. sed grauiter aliud
esse eius corpus aliud causa luminis. tale quod grande naturam
solis intelligo. Qui obliqui tamen discrepare

Marginal notes:
Sol fact[us] p[ro]p[te]r ... na-
tura
in modum igne et lucerna
ole-
lumen et claritate differ[unt]
de igne quod diuidi potest et aliis ardor
de luna qualiter crescit et decrescit

quod differt sol a luna.

